



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Capvt XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Christi de dona
suis factis iudicium.

1. Cor. 13.

Luc. 16.
2. Cor. 8.

Matth. 10.

Sequitur enim tertio loco huius iudicium, quo exiguum hoc pauperula donarium magnum
tum donis praeferat, dicens: Amen dico vobis, vidua haec pauper plus misit, quam omnes qui miserunt
in gazophylacium. Rationem vero huius dicti ex animi studio & promptitudine percipit, quae illi
uerat, ut victum suum omnem ed conferret. Admonemur autem hoc Christi dicto, in factis bonis
& elemosynis animi promptitudinem potissimum requiri. Ut enim abique fide Deo nihil gratum
est, quae toros nos illi vendicat: ita elemosyna non erit, à qua animus misericordia & charitate
dens absuerit. A misericordia enim elemosynam Graeci dixerunt dona, quae in pauperum sustinenda
nem conferuntur. Unde Paulus dicebat, se nihil utilitatis percepturum, nisi omnes suae facultates
in pauperum alimoniam infunderet, charitate autem destitueretur. Haec enim regula beneficentiae
est certissima, eod quod cum fide coniuncta, partim in Dei praeceptum respiciat, partim proximi
ei & laboranti condoleat, & proinde non tam quid nostrae facultates ferant, quam proximi necessitate
tem obseruat. Quod fit, ut pii frequenter nulla sui ipsorum ratione habita, in pauperes omnia sua pro
fundant. Seruiunt haec diuini institutioni, ne suis elemosynis superbiant, & eos pro se contentos
qui in speciem minus largiuntur. Nam si iuxta Christi iudicium rem aestimes, nihil dant, cum ex
modo quae ipsis superflua sunt, aliquid conferant, eorundem vero maiorem partem in luxum & in
Luc. 16. pes voluptates infumant, aut domi reconditos nummos avari contemplantur in arca. Per idcirco
2. Cor. 8. dispensatores sunt, & alieni usurpatores, cum maiores opes à Deo in eum finem accepturum, ut
rum copia aliorum inopia succurrat. Deinde non minus ista pauperes officii admonent, imò
consolantur. Sunt enim ex horum numero, qui se nihil cuiquam debere arbitrantur, cum in
abundant, interim iidem omnes alios sibi debitores faciunt, nec ullis aliorum largitionibus satari
possunt. Alij vero desperant quasi, & ideo nihil omnino dare in animum inducunt, quia exspectant
hoc, quod dare possunt, coram Deo nullius momenti aut pretij fore metuent. At hic obseruandum
erat: primo, quod nuper monuimus, charitatis praeceptum ad omnes homines ex aequo pertinere,
proinde omnium esse, ut proximo laboranti pro sua virili subueniant, qui si nihil omnino possunt
tem sese ita gerant, ut alijs quam minimum molesti & onerosi sint. Deinde ex praesenti iudicio
mus, Deum magni aestimare, quicquid tenuioris fortunae homines animo sincero & prompto
guntur: & ut mercedem suam non perdat, qui Christi discipulo poculum aquae frigidae dedit,
quod Christi discipulus est: Ita retributionem non vulgarem recipiet, qui quis rei lenissimae
res est, officio proximum egentem iuuerit. Hoc si singuli obseruent, vix aliquem ita miserum & de
tutum reperient, qui non aliquid in commune conferre possit. Nam si omnia desint, certe accipere
esse non potest, qui sua sorte contentus, quam minimum ab alijs exigat, ne forte alijs praerogata,
illi opus habent. Non deerunt etiam preces, quibus pro publica & privata illorum salute precor,
quorum beneficentia subleuari. In primis vero teneamus istius rei curam ad omnes pertinere. Ad
uigilent ergo singuli pro sua vocatione, ut ipsorum fides Christo Iesu probari possit, qui hic factus
esse voluit, & olim iusto iudicio singulis retribuere. Illi debetur benedictio, honor, gloria & perpetua
aeternum. Amen.

ET cum egredereur e templo, dicit ei quidam e discipulis eius: Magister, uide quales lapides, & qualia aedificia. Et Iesus respondens ait ei: Vides ista magna aedificia: Non relinquetur lapis super lapidem, qui non dissoluatur. Et cum sederet in monte olearum contra templum, interrogarunt eum priuatum Petrus & Iacobus, & Ioannes & Andreas: Dic nobis, quando haec erunt: & quod signum, quando futurum sit, ut omnia consummentur?

VETERES prophetae de miserabili urbis Hierosolymae excidio & Iudaea gentis re-
 pudio saepe vacillantur, ut eis occurrant, qui externis ceremonijs confisi, officium suum
 securi negligebant. Facit hoc ipsum etiam Dei filius Iesus Christus frequenter, ut eos
 terreat, qui Dei gratiam in ipso sese exerecentem respuebant, & sibiipsis sub externi cultus
 hypocritico exercitio perpetuam scelerum suorum impunitatem pollicebantur. Quia autem urbis &
 gentis huius excidium multis res plane indigna, multis vero etiam incredibilibus & impossibilibus vide-
 batur, hoc Capite peculiarem & perfectam de hoc tractationem instituit, simulq; oblata sibi occasione
 per discipulos etiam de nouissimi seculi conditione & totius mundi consummatione disserit. Est ergo
 vtilissima, imò necessaria, huius Capitis consideratio. Discemus enim hinc quid ingratos gratiae Dei
 contemptores maneat, & quid nobis hodie faciendum sit, ne vel Antichristianis errorum laqueis ir-
 reamur, vel persecutionum terroribus superati fidem abnegemus, &c.

Præmittitur autem tractationis totius occasio, quae eiusmodi fuit, Christus cum scribarum et sa-
 cerdotum hypocritam & avaritiam, crudellem item in persequenda veritate pertinaciam admodum
 acriter reprehendisset, & istdem excidium denunciasset, sicuti Matthaeus scribit: tandem non abque
 manifesta indignationis significatione à templo digressus est, & illi quasi vale extremum renuncia-
 uit. Obseruauerunt hoc discipuli, ex quorum numero quidam illi magnificentem templi adificium, & in
 hoc suspensa anathemata (ut apud Lucam habetur) commonstrat, dicens: Magister, vide quales la-
 Luc. 20.
 pedes, & qualia haec sunt aedificia. Admirabundus autem hæc dicit, ut satis pateat, illos aliquid hu-
 mani passos fuisse. Primò enim illis impossibile videtur, ut templum hoc corrumpatur, aut expugnetur,
 quod instar arcis munitissima fuisse, scriptores tradunt. Deinde indignum putant, aedificium tantum
 perire, cuius simile aliud vix in toto Oriente inueniri poterat. Illud enim non multis annis ante
 Christum natum Herodes Magnus extruxerat, quem totos annos octo continuos decem milia opti-
 Antiq. lib. 15.
 cap. 14. Belli
 lud. 6. cap. 6.
 ficium in opere habuisse, Iosephus restatur: & ex lapidibus constabat artificiosè politis, quorum pleriq;
 longitudine ad viginti quinque cubitos extendebantur, alii autem erant cubitos octo, & lati duode-
 cim. Habemus ergo in discipulis humane corruptionis argumentum, quia sic, ut externa rerum huius
 seculi specie fascinati, Dei verba minus obseruamus aut etiam de illis minus religiose iudicemus.
 Equidem de vero Dei cultu, qui omnibus templis multo præstantior est, collapsa & adulterata Le-
 git doctrina quirit, antem Christum discipuli sepius audiuerant: quin ea ipsa hora Dominus doctri-
 na & cultus probanationem maximo zelo reprehenderat, nec nouum erat quòd templo excidium
 minabatur, cum istdem de causis olim prophetae Solomonico templo idem denunciassent, quorum ser-
 mones Deus ipso rei etentem comprobauerat. Adhuc tamen discipulis hoc factu impossibile & indi-
 gnum videtur. Similes illorum sunt, quorum oculos hodie Papatus splendor & potentia sic perstrin-
 git, ut illum euerti & aboleri posse dubitent, & proinde nos in illo oppugnando frustra laborare arbi-
 trantur. Item quibus res indignissima videtur, si templa papistica, cenobia & monasteria cum suo
 ornatu pij magistratus euertant: cum interim non multum moueantur, si doctrinam corrumpi, reli-
 gionem probanari, & viua Dei templa & Christi merito instauratas Dei imagines vel falsa do-
 ctрина corrumpi & fœdè superstitionibus pollui, vel inaudita crudelitate perdi & occidi videat. Est
 hoc carnis ingenium, quod nos semper suspectum habere conuenit, ne quid indignius iudicemus de ijs,
 quæ Deus fieri decreuit.

Sed Christum audiamus, qui præposteram discipulorum admirationem grauius confutat, et patu
 eius verbis templi totum & quicquid in hoc magnificenti fuit, quasi absorbet. Aut enim hoc monstrans plò sententia.
 discipulo: Vides ista magna aedificia? Quasi diceret, Specta diligenter, quæ nam et quanta sint, quorq;
 impensis simul et laboribus extructa, non autem ideo vel Deo probari, vel perpetua fore putato. Hoc
 enim verè pronuncio, quòd non relinquetur lapis super lapidem, qui non dissoluatur. Paucis hæc dicit,
 quòd vrbè ingressus, cum eminus illam videret, non sine lachrymis dixerat. Si cognouisses & tu,
 Luc. 19.
 & quidem in isto die tuo, quæ ad pacem etiam pertinent, curares. Nunc autem abscondita sunt ab
 oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui, vallo, & cingent te, & coangusta-
 bunt te vndique, et solo aquabunt te, & filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapide super
 lapidem, eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. Impletæ verò sunt hæc omnia iuxta literã,
 intra annos triginta octo. Cum enim Iudæi post Christi mortè seditiones quotidie nouas excitarent,

ercule donarium
 isit, quam omnes
 mperuadine per
 Christi dicto, in
 absque fide De
 misericordia & c
 a, qua in pauper
 um, est omnes sua
 Hæc enim regu
 respicit, partim
 ant, quam proxi
 ita, in pauperes
 ant, & res pre
 astimes, nihil d
 torem partem in
 plentur in arca, P
 eum finem accep
 res officij adme
 debere arbitran
 aliorum la gion
 num inducunt, q
 netunt. At hie
 homines ex equo
 aut si nihil am
 eide ex profectu
 animo suero & p
 culum aque frig
 e, qui quis vel
 ex aliquem ita m
 omnia desunt, et
 at, ne forte ali
 uata illorum sal
 uram ad omnes
 probari possit, q
 tis, honor, glori
 et p

II.
 VI.

discipulis eius. M
 Et Iesus respondit
 lapis super lapide
 rti contra templu
 oannes & Andree
 ando futurum est

Excidijs Hierosolymitanis historia.

Euseb. lib. 4. cap. 6.

Socrates lib. 2. cap. 33.

Socrates lib. 3. cap. 20. Theodoritus lib. 3. cap. 20.

Anno Domini 1096.

Causa excidij Hierosolymitani.

A. Flor. 7.

Ioan. 11.

A. Flor. 2.

1. Thef. 2.

postremo autem contra Caestium Florum armati insurgerent, Nero Vespasianum, virum acerrimum grauem, rebus Iudaicis praefecit: qui in Syriam cum exercitu profectus, mox Galileam cepit, cuius urbi immineret, Imperator factus Romanus, vocatus est, bellum autem Tiro filio commisit, qui cum illam decima quarta Aprilis obsidione cepisset, omnia ea fecit, quae Christus futura praedixerat, & eandem septima Septembris cepit, captam autem illo inuito milites sequenti die flammam dederunt, una cum templo, & ita solo aequarunt, ut vix parua quaedam urbis vestigia supersint. Tertia autem & firma fuit oraculi huius veritas, ut ab eo tempore Iudaei nec urbem nec templum restaurare poterint. Cum enim sub Elio Adriano Imperatore circa annum nati Christi 132, ad Barchochaba patrium solum occupare & instaurare conarentur, ad Berberam viciniam veniunt, ubi solyma oppidum, miserabiliter caesi, & omnes simul in patrio solo migrare coacti sunt. Inde vix Berberam Adrianus muro circumxit, urbemq. a seipso Eliam nominavit, & porta qua Bethleem ierat, marmoream imposuit, in Iudaica gentis & religionis contemptum. Ex hac illa Hierosolyma est, quam hodie stulti & supersticiosi homines per longa terrarum & maris itinera inuisant: cum vix rem illam ab aliquo instauratam esse, nusquam legatur. Deinde cum Constantio regnante apud Damascum iterum rebellarent, a Gallo Casare horribili clade deleti, una cum urbe sua perierunt. Ita sunt haec anno salutis 358. Cum primis tamen memorabile est, quod mox vix nouem annis ab eo tempore euolutis accidit, quando Iuliano Imperatore ipsos excitante et sumptus conferente templo magno conatu reparare ausi, ulticem Dei manum ex horrendis prodigijs agnouerunt. Primum cum terrae motus veterum fundamentorum lapides, qui ab excidij tempore in terra adhuc reliquati erant, eiecit, & non sine vicinarum adium incommodo dissipauit. Deinde ignis in caelo delapsus oppidum in fragmenta excussit, & multos Christi diuinitatem inuitos fateri coegit. Tertio telus quam interea aliquot millia effodiebant, noctu vel succreuit iterum, vel in pristinum locum reuersa est. Quatuor gyphi & calcis modios ad futuri aedificij structuram ingenti multitudine congesti subito exierunt, & discerunt. Quinto illis nihilominus pergentibus ignis ex fundamentis erumpenti fissuras aditus adussit, reliquos vero dissipauit. Sexto porticus operi vicina noctu ab ipso fastigio corruens, sub ea dormientes oppressit: Et ne ignorare possent, quo auctore & quibus de causis ista commissa fuisset, eadem nocte & sequenti die crucis signum rutilo splendore coruscans in caelo apparuit, Iudaeis ad rem vestibus cruce lurida vel nigra asperse sunt: ut nimirum Christum sibi in seipsum esse ostenderet, qui nostrae salutis ergo in cruce mortem indignam perulit. Postea & alia eius generis multa uideri, quibus non immerito adnumeraueris belli sacri historiam, quae abunde testatur, quam inuisum & detestatum olim desereret, cum Christiani principes praeposito & inconsiderato zelo terram illam reuocarent, & illuc religionis sedem constituere conati sunt.

Hic vero tam atrocis iudicij causas imprimis obseruare oportet, ut quid nos hodie caeteris de his videamus. Inter quas non postremam fortasse quis dicat, quod templum cum inuiso caluariae loco ita aboleri oportuerit, cui propter externum splendorem Iudaei nimium addidit, fuerit. At praerant hoc alia ratione mirari fieri, neq. exemplum adeo horrendum edis necesse fuit. Causa ergo uere propria fuit, quod filij sui & oblatae gratiae contemptum Deus hoc modo uicisci uoluit. Constat enim ex Stephani uerbis, non istos modo Iudaeos, qui Christi tempore uixerunt, uerum etiam patrum suorum, semper spiritui sancto restitisse. Quanta uero cum ingratitude & perinacia Christiani & saluti consilium spreuissent, ipsum insuper artibus proditorijs intercepti Pilato tradiderunt, & etiam sua improbitate coegerunt, ut illum inuidus crucis supplicio adiudicaret: neq. pudam illi ueritatem praefere ei, cuius tot exerebant in totam Iudaeorum gentem beneficia. At tamen nos non habuit illorum impietas: sed discipulos etiam Christi hostiliter persecuti sunt, & ubiq. gentibus praedicauerunt (ut Paulus ait) quod minus Euangelij doctrina uulgaretur. Cum ergo patrum mensura implerent, & in Christi Iesu contumeliam templum & superstitiones suas perinacissime ueritatem ipsos una cum templo suo excindi ac dissipari oportuit. Istorum autem exemplo docemur, quam graue iudicium omnibus seculis subituri sint, quicumq. oblata sibi in Christo gratia Dei aspernauerit, & quid nobis hodie expectandum sit, quando Iudaica impietas apud omnes feret homines dominum inuisit totum mundum benignus Deus, et seculis aliquot sopitam Euangelij lucem postquam accendit.

docet item, monet, hortatur, increpat, & modis omnibus instat, si qua ratione in viam reduci possimus. At qui diem visitationis agnoscant, paucissimi reperuntur. Perique enim Antichristum & sacra Antichristiana Christo & publicae salutis praefereunt, & reformationem omnem ita rejiciunt, ut manifestissimos errores armis rueri pergant, & in Christi membra omni crudelitatis genere grassentur. Alij vero, qui Evangelio locum dare videntur, disciplinam Evangelij ferre delectant, mores corrigi nolunt, & lucem ipsos arguentem oderunt. Ea denique est seculi nostri infelicitas, ut cum in publico scelera quavis designare liceat impune, eadem tamen Dei verbo arguere & penitentiae doctrinam vrgere non liceat absq; manifesto capitis discrimine. Nam ergo haec inulta Deus sinat, qui olim in Iudaeos ex sanctissimorum patrum stirpe oriundos, tam horrendum suae iustitiae exemplum edidit? Qui naturalibus ramis non pepercit (inquit Apostolus) nobis, qui ex oleastro (prophanis nimirum gentibus) originem ducimus, parcere non poterit, si illorum mores imitemur, qui iam olim propter ingratiitudinem suam abscessi sunt. Nec est, quod Deum vel regnorum potentia & auctoritate, vel externo superstitionum splendore moueri putemus, ut propter ista ijs parcat, qui impietate & ingratiitudinis sua illius iram provocare non desinunt. Fuit enim Iudaeorum quoque gens regni vetustate & rerum gestarum laude celeberrima. Cultum vero habuit externum, quo nihil unquam in orbe splendidius & augustius visum fuit, quicquid totius saluberrimis veneratorum mysterijs constabat. Adeo vero nihil profuerunt haec omnia, ut & gentis & vrbis templiq; excidium in festa ipsorum celeberrima incidere. Nam (ut supra diximus) decima quarta Aprilis quo tempore Pascha agebatur, vrbis obsideri cepit, capta autem est septima Septembris, & mox crastino die excussa, quando tabernaculorum festum ex Legis instituto celebrari debuisset. Erat autem pascha liberationis Aegyptiaca memoria celebre, & idem Christum & quae in hoc nobis obigit, redemptionem adumbrabat. At tabernaculorum festo Dei beneficia olim patribus in deserto exhibita in mentem reuocabantur, & in tabernaculo suo admonebantur conditionis, ut se in terris peregrinos esse meminissent, & patriam in caelis nobis preparatam inquirerent. Ceterum dies istos olim publica & sanctae laetitiae sacros illis festos & totius gentis excidio celebres fecit Deus, cum istis simul & reliquo cultu aduersus veritatis doctrinam abuterentur. Turpissime ergo seipsos fallunt, quotquot hodie inter publica scelera & veritatis odium implacabile, sibijpsis ex seculi huius potentia & superstitionum suarum splendore perpetuam impunitatem pollicentur.

Rom. 11.
Deus non mouetur externi splendore.

Sed ut ad Euangelistae verba redeamus, non parum mouit discipulos dura haec de templo & vrbis Christi sententia. Nam in monte olearum sedentem quatuor ex illis, Petrus nimirum & Iacobus, Ioannes item & Andreas, accedunt, & priuatim siue secreto interrogant, quando haec futura sint, & quo signo instantem mundi totius consummationem deprehendere possint. Secreto autem ista quarunt, quia de templi excidio aliquid dicere periculosum erat, sicuti in Stephani historia apparet, quem hoc nomine potissimum accusarunt, quod templum breui destruendum fore dixisset. At si quae quem hoc nomine potissimum accusarunt, quod templum breui destruendum fore dixisset. At si quae Marcus scribit cum ijs, quae apud Matthaum habentur conferas, tria discipulos quaevisisse patet. Primum, quando templum cum vrbe vastari oporteat. Deinde quando ipse venturus sit, nimirum in regno suo & gloria, quam illi ex carnis sensu metiebantur, ut saepe diximus. Tertio, quando mundi consummatio futura, & quae signa hanc praecessura sint. Quam quaestionem idem prioribus coniungunt, quia templi maiestas ita illorum oculos perstringebat, ut illud corrui non posse putarent, nisi simul totius mundi ruinam secum traheret. Habemus in his praeposteram curiositatis exemplum, quae plerumq; caro inutilia & nihil ad nos pertinentia querit, neglectis ijs, quae nobis cognitum & obseruatum necessaria sunt. Quid enim proderat scire, quando templum ruiturum esset? At necessarium erat scire, quid pios in periculis eiusmodi facere oporteret. Isti tamen hoc neglecto, de tempore & signis quaerunt, ex quibus vastitatem venturam praevidere possint. Fit hoc ipsum frequenter hodie, & eo usque progressa iam est ingenij humani audacia, ut futuros euentus multi per artes illicitas inquirant, interm vero securi negligat fidas Dei admonitiones, quibus abunde docemur, quae nouissimi huius seculi conditio in finem vsq; futura sit, & quid nos facere deceat, si salutem consequi velimus. Nostram furie circa necessaria occupari, & Iudaeicae gentis exemplo nosmetipsos excitare, ut Dei gratiam totis animis amplexemur, quo laetus & felix nobis illucescat dies ille, quo olim venturus est Christus Dominus, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Questiones discipulorum de vrbis excidio, & fine huius mundi act. 6.

£

Iesus autem respondens eis, ccepit dicere: Videte, ne quis vos seducat. Multi enim uenient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, multosque seducunt. Cum autem audieritis bella & rumores bellorum, ne turbemini. Oportet enim ista fieri, at nondum erit finis. Surge enim gens contra gentem, & regnum contra regnum, eruntque terramotus in gulis locis, & erunt fames ac turbae: Principia dolorum illa.

Argumentum
et usus praesentis loci.

DEi filius Iesus Christus nuper horribile urbis & templi excidium praedixit, et non expectandum operum iustitiam & meritum stabiliant. Caterum quia discipulis impossibile videbatur, non modo de urbis & templi excidio, verum etiam totius mundi consummatione, et ipsius gloriosi aduentu interrogant. Vbi pater, illos ut regnum in Christo carnale somnabat: ut sibi ipsi iam triumphos promississe, priusquam certamen sibi propositum decertassent. Respondit ergo Christus, quidem ut ipsorum curiositati satisfaciat, sed quemadmodum illis opus erat. Nam ab inuicem uariae felicitatis expectatione illos ad crucem & tolerantiam relegat, qua illos armari oportet. Vnde tota tractatione plus utilitatis ad credentes rediret, duas responsonis istius partes constituit. In prima de urbis & templi excidio, de qua signis hoc praecessurus agit. Altera de mundi huius consummatione & suo aduentu glorioso disserit. Quia vero Iudaeorum gentem Deus totum hominum generum de ab initio commune exemplum esse uoluit, in quo suam uoluntatem, bonitatem & iustitiam ueraret: in eiusdem etiam excidio mundi totius consummatione adumbravit. Quare quae in prioribus dicuntur, ad nos quoque pertinere putabimus, & inde petemus quae in hac extrema mundi fine nostrae institutioni & consolationi seruiant.

Porro, quoad praesentem locum, praemonet suos Christus, ne sese uel falsa doctrina seducant, uel in dolo crucis & afflictionum superari patiantur. Nam ex duobus huius maxime periculum imminerebat, eod quod ex perperam intellectus prophetarum oraculis, sub Christi regno perfectam ueritatem cognitionem & pacem perpetuam Iudaei omnes sibi promittebant. Nota enim sunt quae apud Isaiam cognoscitur: Non affligent neque vastabunt per omnem montem meum sanctum: plena enim erit scientia Domini. Item uniuersi filij tui docti erunt a Domino, & pax multa filijs tuis. Et illud remia: In seram legem meam in interiora eorum, & in cor eorum scribam eam, erog. Deus ueritas ipsi erunt mihi populus. Et non docebit uera uir proximum suum, aut uir fratrem suum, dicent: nescio. Gnoscite Dominum. Sed omnes me cognoscent a minimo eorum usque ad maximum eorum, & cetera. (inquam) & alia eius generis cum iuxta literam intelligerent Iudaei, & in hoc seculo suam contentum habitura putarent, non potuissent non grauer offendit turbis & dissensionibus qua exoritur a erant, nisi diligenter fuissent praemoniti. Probè igitur officium suum hic facit Christus, quid in uerog, faciant discipuli, admonet.

I. Monet, ne falsis doctrinis sese seduci patiantur.

Et primo quidem de falsa doctrina agens, ait: Videte ne quis vos seducat. Quibus uerbis curiositatem perstringit. Quasi dicat, Vos de tempore & signis queritis: at multa alia sunt, quae uis oportebat inquiri. Nec enim de templo tantum & sumptuosa lapidum & lignorum struenda erant, sed publica omnium salutis periculum imminet. Multi enim uenient in nomine meo, qui uel Messia, id est, promissi Saluatoris nomen sibi uendicabunt, & multos seducunt, quibus necesse est cotidie Magos & impostores exortos fuisse scribit, quorum alij populum in desertum, alij in montem oliuarum euocabant, seque illius liberatores esse profitebantur: & inter alios Egyptum uisitant, cuius mentionem Lucas quoque in Actis facit. Fuit ea res maximorum malorum causa, hinc exortae seditiones belli post securi seminarium fuerunt. Ita uero Iudaeos ludificari oportet, qui Dei filium contumeliose abiecerant, impostorum artibus circumuenirentur, & non modo deus, sed etiam exosi fierent, verum etiam multo citius decepti spem salutis omnem abiecerant, & uandem ueritatem

Antiq. lib. 20. cap. 11. 12. 14.

Acto. 21.

erant, perirent. Prædixerat hoc fore Christus, cum apud Ioannem ait. Ego veni nomine patris mei, & non recipitis me: si alius venerit nomine suo, illum recipietis. Voluit autem Iudeorum exemplo docere Deus, quid omnibus euenturum sit, in prædam daturus sit. Extant de hoc perpicua Apostolorum testimonio. Paulus certè de Antichristo verba faciens, illum in eos imperium habiturum dicit, qui dilectionem veritatis recipere nolunt, ut salui fiant. Et idem tempore fore dicit, quando sanæ doctrinæ locus datus est, mox omnis generis hereses exorta sunt, in quibus iam tunc Antichristi spiritus nefarijs demoniorum doctrinis circundant. Ita verò factū esse historia testantur. Postquam enim Terullianus, quando hereses à philosophia subornari, & philosophorum ingenijs animari dixit. Securus mox Mahomet, qui Orientis ecclesias abstulit: in Occidente autem Papa exortus Antichristus regnum stabiluit, in quo regnum simul & sacerdotium, & quæcumq; Christus habet præterea, sibi ipsi vendicant homines impurissimi, qui se in cælis & in terris dominari, & in defunctorum animabus sibi esse gloriantur, quibus iam pridem noua pro peccatis sacrificia instituerunt, & mundi quoque regna pro suo arbitrio transferunt, sicq; in dies nouorum tumultuum materiam & causam exhibent. Obseruabis autem, quod impostores in suo nomine venturos esse Christus dicit. Solet enim satan sese transformare in angelum lucis, & omnibus seculis seductores Dei nomine abusus fuisse constat. Exempla sunt in pseudopphetis, cum quibus olim veri Dei serui perpetuas pugnas sustinuerunt. Et hodie Christi vicarij & Apostolorum successores dici volunt, qui à Christo & fide in Christum per Apostolos tradita quàm maxime abducunt. Non minus ergo nobis, quàm discipulis dici putemus: Videte, ne quis vos seducat. Nec enim extra culpam sunt, qui se ab alijs seduci patiuntur, cum alibi quos non cuius spiritui credere, sed spiritus probare iubeamur, num ex Deo sint. Cogitemus item, non temere hic inter excidij venturi indicia impostores eiusmodi primo loco recenseri.

1. Theff. 2.
1. Tim. 3. & 4.
1. Timoth. 4.

De præscript.
heret. Et cont.
Marcion. lib. 3.

2. Corinth. 11.
1. Reg. 22.
Iere. 23. 28. & c.

1. Ioan. 4.

11. Aduersus
crucis scandala
lum instruit.

Luc. 21.

Act. 17.

De bello Iud.
lib. 7. cap. 124.

Secundo aduersus scandala crucis & afflictionum Christus suos armat & instruit. Quo loco primo de periculis oritur diligenter admonet, ne ex improviso incidentibus magis terreantur. Aduersus crucis scandala lum instruit. Nota enim sunt quæ quædam in sanctum: plena enim sunt ax multa filij sui. Et ibi eam, troq; Deo aut vir fratrem suum ad maximum exortat, & in hoc seculo in urbis & dispersionibus cium suum hic facit. Vos seducat. Quibus rebus: at multa alia ppidum & signorum pment in nomine, multos seducunt, quibus hoc esse Iohannes apulum in deseruam, & inter alios & p maximum madra d Iudeos ludificat nuenientur, & non abijerent, & tandem

Secundo aduersus scandala crucis & afflictionum Christus suos armat & instruit. Quo loco primo de periculis oritur diligenter admonet, ne ex improviso incidentibus magis terreantur. Aduersus crucis scandala lum instruit. Nota enim sunt quæ quædam in sanctum: plena enim sunt ax multa filij sui. Et ibi eam, troq; Deo aut vir fratrem suum ad maximum exortat, & in hoc seculo in urbis & dispersionibus cium suum hic facit. Vos seducat. Quibus rebus: at multa alia ppidum & signorum pment in nomine, multos seducunt, quibus hoc esse Iohannes apulum in deseruam, & inter alios & p maximum madra d Iudeos ludificat nuenientur, & non abijerent, & tandem



nuptas, Vos in omnem hunc populum. Nec ullis minis aut verberibus coerceri potuit, quia per nos septem & menses quinque eadem voces subinde ingeminaret. Et haec illa sunt, quae terrae caput Christus praedixerat, ut si qui cordatiores essent, inde respiciendi occasione arripere.

Antichristi publicorum malorum auctores sunt.

At hic diligenti obseruatione dignum est, quod impossibile est, & pseudochristi bella, scilicet ante monuimus) illos Iudaeis praecipuos istorum malorum auctores fuisse constat. Hinc veritas talis doctrina peri debet, ubique locorum oritur, ubi Antichristo & eius commoda quae fieri non potest, quin & dissidia pariant, & Dei iram prouocent, qui filij & gratia sua contemptum inultum non sinit. Potest hoc continuis exemplis nouissimi huius seculi probari. Postquam enim Romani Pontifices mirificis artibus imperium in ecclesia obtinuerunt, illis auctoribus orbis terrarum perpetuis bellis exagitatus est, quorum hic illis finis fuit, ut ea occasione regnum suum stabiliret, & opibus quotidie nouis auergerentur. Primo siquidem per Longobardos Graecis imperatoribus Italiam abstulerunt. Deinde vero aduersus Longobardos Francorum opem implorauerunt, & tandem bellauerunt, ut ipsi Italia tutius & commodius fruerentur. Idem bellum sacrum excitauerunt, quo nullum unquam maiori conatu et sumptu, adhuc maiori cum sanguinis effusione gestum fuit, ut Graecorum occupatis Christianis principibus, ipsi interea in Occidente res suas agere, & Germanos Imperatores pro sua libidine exagitare possent. Idem infelix Italia bellum Neapolitanum debet, quod iam annis circiter trecentis inter Gallos & Hispanos infinito sanguine & cum totius orbis Christianis aera gestum, nec dum plane sopitum est. Taceo quae olim in Germania excitauerunt, & quae nostro saeculo experiri sumus. Ita vero mundus infelix ingratiitudinis poenas luit, & merito Antichristi rursus subiacer, cum pacis nuntium adeo insolenter fastidiat.

Christiani turbis publicis ne turbentur.

Sed ad Christi verba redeamus, qui non modo de turbis futuris discipulos admonet, verum etiam consilio instruit. Ne turbemini, inquit. Oportet enim ista fieri, at nondum erit finis. Et iterum incipia dolorum ista. Paucis verbis rem maximi momenti complectitur. Consilij summa est, ne turbentur, quando bella, fames, pestes & cum his grauioribus quoque malorum praesagia videantur. At dicitur: Cur nos turbari prohibet Christus, cum hoc praesitum impossibile sit, & vix humanum consilium, nisi quis publicas calamitates sicis oculis inspicat, nec ijs commoueat, quae cum publico malorum incommodo coniuncta sunt? Certe Christum ipsum imminenti passionis consideratione turbatum fuisse constat. Et ut aliorum afflictionibus condoleamus, lex charitatis monet. Ceterum Christus in saeculis aut lapideis esse vult discipulos, sed ad officium respicit sine munus ecclesiasticum, cuius dignitas narat; & praecipit huius summa est, ne propter vndique imminenti pericula officium suum negligat. Est hoc omnibus hominibus obseruatum cum primis necessarium. Quia enim in capessendis duobus datus natura tardiores sumus, facile quamuis occasionem tergiversandi arripimus, & ad periculum rumores consternati de functione nostra relinquenda cogitamus. Faciunt hoc frequentes mortis, & tale quid electos Dei prophetas, Eliam, Ionam, Ieremiam & plures alios passus fuisse videtur. Similiter magistratus ad eundem lapidem fere impingunt, si quid cum periculo pro publico statu est laudandum. Et in priuatis hominibus metum pessimum consultorem esse, non raro experimus. Suadet enim, ut commodiora tempora expectemus, quod dum mali non malo zelo factio, patitur oblatas sibi à Deo bene agendi occasiones elabi patiuntur. Itaque, hic singuli cogitent, Deo non debent oportere, quaecumque tandem sit rerum facies: nec ulla esse tam graua pericula, quae non superari possint, si illius ope freti officium facere studeamus. Equidem si Apostolorum tempora exanimata nia illis affuisse patebit, quae functionem aliquam laboriosam & periculosam facere consueuerunt. Obstant illorum instituto magistratus, non Iudaei modo, verum etiam Romani, quorum in praesentia nere non tutum erat, cum penes illos esset orbis terrarum imperium. Feruebant omnia seditionibus bellis & bellorum rumoribus, ut ineptum videretur salutis doctrinam inter armorum strepitu proponere, quo olim Marius se impeditum fuisse dicebat, ne leges Romanas audire possit. Vnde praeterea, Euangelij doctrinam ab ipso Christo vix pauculis quibusdam eruditam fuisse, & praeterea non magnum successum sibi ipsi polliceri poterant. Quod si vero terrere potuit Iudaeorum peritiam maior timendi causa apud Gentes sese exerebat, quae aduersus fidei praedicationem peritiam

104th. 12.
Matth. 2.6.
Rom. 12.
1. Corinth. 12.

1. Reg. 19.
Ioan. 1.
Iere. 1. 15. &c.

Imperij maiestate, partim eruditione & eloquentia armata erat. At tamen Christus illos turbare ve-
 rat, & ipsos Christi mandatum omnibus humanis legibus, periculis item omnibus anteposuisse constat,
 cum scirent Deo potius quam hominibus obedire oportere. Nec pio zelo defuis successus, & Dei gra-
 tia factum est, ut prater omnem expectationem Euangelium in toto terrarum orbe vulgaretur.
 Exempla huius generis nostro etiam seculo extant. Quis enim ignorat, quanto labore et periculo ante
 annos quadraginta Euangelij predicatio instaurata & Ecclesiarum reformatio suscepta fuerit?
 Quid non tentavit, ut Domini opus impederet? At quia non defuerunt suo officio, quibus cau-
 sam istam Deus commendarat, per medios enses (ut ita dicam) victoria longe pulcherrima potiti
 sunt. Horum ergo vestigijs nos quoque insistere convenit, nec animis commoueri, ut de statione nostra
 deserenda cogitemus, si quod periculum sese offerat.

Et hic probe obseruanda est ratio, quam sui consilij duplicem Christus adducit. Primo, oportet
 ista fieri. Deinde, at nondum erit finis, quin principia dolorum ista. Poterat sane malorum istorum
 causas plures allegare, cum nihil illum lateat. Sed ad unam Dei providentiam illos ablegat, & in
 huius placito acquiescere docet, quem omnia sapienter & iusto iudicio administrare constat. Huius
 consideratio olim Iobum in durissimis casibus inuictum reddidit, & eadem in Iosepho vindicta cu-
 piditatem restinxit, quam aduersus fratres concipere poterat. Hec etiam sola hodie nobis patien-
 tia & fidei constantis praecipua causa erit. Obseruabis autem, quod haec dolorum principia modo
 fore dicit, quae excidium gentis totius mox secuturum sit. Dicit huius ratio est, quod Iudaei perti-
 naci impietate Dei iram prouocare non desinebant, & proinde indigni erant, quibus parceretur. Di-
 scipulos autem huius consideratione ad diuturnam & longam patientiam armare vult, ne se mox
 omni officio defunctos putent, si uno & altero anno in hisce certaminibus durauerint. Interim ad-
 monemur, hodie etiam finem malorum, quae undique instant, sperari non posse, quoad infelix mun-
 dus aduersus Deum pugnare perrexerit: qui facile inueniet aliquos, qui incurabiles & poenitere ne-
 scios extremo excidio mulcent. Nos vero, quos veritatis cognitione illustrare dignatus est, illa con-
 stantia tua amur, & inter pericula inrepti ad caelestis regni hereditatem elucemur, quam in se
 credentibus praeprauit Deus in Christo Iesu Domino nostro, cui debetur benedictio, honor, gloria
 & potestas in eternum. Amen.

Turbarum cau-
 sas in providen-
 tia Dei monstrat.

Iob. 1. & 2.
 Gen. 45.
 & 50.

H O M I L I A C V I I I .

Sed caute uos uobis. Tradent enim uos in confessus, & in synago-
 gas: caedimini, ac coram praesidibus & regibus sistemini mea causa, in
 testimonijs ipsis. Et apud omnes gentes oportet prius praedicari Euan-
 gelium. Cum autem traditos duxerint uos, ne ante sitis solliciti quid di-
 scuti sitis, neque meditemini: sed quicquid datum fuerit uobis in illo mo-
 mento, hoc loquamini. Non enim estis uos qui loquimini, sed spiritus
 ille sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: &
 insurgent liberi aduersus parentes, & morte mulcandos curabit eos,
 Et eritis ex omni propter nomen meum: sed qui perseverauerit
 usque in finem, iste seruabitur.

Dixerunt nuper Iesus Christus de communibus & publicis periculis quae priusquam Hieroso-
 lyma cum templo destrueretur, ex impostoribus, seditionibus, bellis, peste & fame passum sint
 erit. At ne discipuli, quos alijs regum & triumphos somnari sciebat, se immunes malorum &
 prorsus in tuto fore putarent: modo de illis agit, quae ipsi in commisso sibi praedicandi munere propter
 nomen ipsius passuri sint. Debent ea sic accipi, ut licet Apostolis haec dixerit Christus, eadem tamen
 ad nos quoque pertinere putemus. Eandem enim omnibus seculis credentium conditionem fore, scriptu-
 ra passim admonet. Quod si quando pace frui datur, Dei beneficium hoc singulare esse agnoscamus,
 & ne illo abutamur, nosmetipsos ad crucem ferendam semper praeparemus, & illorum fidem nostris
 precibus adiuemus, qui alibi persecutionum fluctibus exagitantur.

Argumentum &
 usus presentis
 loci.



De cruce discipulos admonet. *Orditur autem ab admonitione, ut prius etiam, ut ista ad se pertinere intelligant. Sed canit vobis, inquit. Quasi dicat, Ne putetis vos eorum, quae dixi otiosos spectatores fore. Imò a vobis mala incipient, & primi omnium afflictionem sustinebitis. Nam priusquam hoc fiat, ut in Luca habetur, iniicient vobis manus, & persequentur vos, tradent item vos in confessum, & in synagoga, nimirum ut fidei & doctrinae rationem a vobis exigant: inde ad praesidium & regnum tradent, ut illi causam dicatis. Et haec quidem omnia vobis mea causa evenient, ipsi in testimonium. Vt verò ista impleta sint, Lucas in Actis diligenter narrat. Docentibus enim in templo Apostoli superveniunt sacerdotes & magistratus templi cum Sadducis, & comprehensos in carcerem delicti iubent. Die sequenti in concilium productos examinant, & quamvis innocentes esse intelligunt, tamen, ne posthac Evangelium praedicent. Pergunt autem illi suam justificationem. Iterum ergo capci non minus modo, sed flagra quoque sentiunt. Mox vltimus progreditur impetum rabies, & lapidatur Stephanus & Paulus immeni crudelitate ecclesiam, quae Hierosolymis erat, dissipat. Idem verò potentis Christi manu ad fidem pertractus, suscepto Apostolatu hac omnia patitur quae Christus hic & alibi suis eventura praedixit: Nam ut omnia alia omittamus, multum in eis coram Romanis praesidibus, imò etiam coram Rege Agrippa causam dixit, & tandem Romae vsq; ad Neronis tribunal pertractus fuit. Et quod Apostolis accidit, hoc ipsum postea quoque per Apostolicis & omnibus ferè credentibus accidisse constat. Nec hodie melior est eorum conditio, ut Christum praedicant, aut illo vno contenti, superstitiones & inania hominù additamenta, & falsitates. At hinc nobis quaedam diligentius inspicienda erunt.*

Cur publicè calamitates à pio mundi scelera puniturus, primò suam domum corrigat, ne in suis probare videatur, quòd in tam rigide persequitur. *Et huius nos Petrus admonet, quando iudicium à Dei domo incipere ait. Nam etsi pii in fidei & religionis causa integri sint, & eo nomine Deo probentur, multa tamen ex innata carnis infirmitate obrepunt, quae corripi merentur. In secundis enim securi peccatorum delicta admittunt, aut superbia stimulo citillans, ut sibipsis nimium in ipsis placeant, in quibus bonitatem debent agnoscere: cuius rei exempla in Davide & Ezechia extat. In aduersis vero in nis rationes audiunt, & saepe ad externa praesidia conuertuntur. Fieri ergo non potest, quin Deus iudiciorum suorum initium ab ipsis faciat, ut & carnis cupiditates frenent, & ad ipsi stantè pendere discant. Altera causa in ipsis hominibus est. Dū enim suos affigit Dominus, puer ter docet, quid impij sit eventurum. Nam si à nobis incipit Dei iudicium (inquit Petrus) quòd finis eorum, qui non credunt Evangelio? Et si iustus vix seruetur, impius & peccator vix conseruetur? Et eodem facit, quod apud Ieremiam dicit Dominus: Ecce ego incipio affligere in vrbem, quae catur nomine meo, & vos (gentes scilicet impie) impune abiretis? Praeterea, ut iudicium Deus sus liber sit, pios ab impijs separari, & illos è mundo hoc in caelestis beatorum sedes transferat, ne vel suis intercessionibus iudicia dei remorentur, vel ipsi quoque impiorum poenas implicent, cum illis scelerum poenas videantur exoluere. Vidit hoc olim Isaias, cum iustum colligi dicit, cumque malum aut excidium publicum veniat. Idem verò sui seculi infelicitatem deplorat, quòd de rebus optime meritorem mortes à plerisque, negligebantur. Est enim hic plusquam bellum us super, quòd rigi hominum correpti non sentiunt priorum prematuros obitus aut exilia venturi excidij praedicti esse. De Metello Macedonico eradicatur, quòd cum Scipionem Africanum, quo cum illi prematuro micitiae intercesserant, domi peremptum audisset, in foro exclamavit: Concurrite à civis, metum strae vrbis conciderunt. Et Ioas rex olim Eliseum moriturum deflebat, quòd illum Israhel praedictum esse sciret. At hodie sine gemitu & lachrymis aliorum optimi quique pereunt. Magis lacrimis testabilis est illorum nequitia, qui vel ipsi sese hoc tam necessario priorum praesidio spoliant, vel rem illos è medio tolli gaudent, ut maiori licentia affectibus suis corruptissimis indulgere possint.*

Pij propter Christi nomen affliguntur. *Sed alio etià argumento mundi impietas arguitur, dum Christus discipulis hoc sua causa & propter suum nomen eventura dicit. Constat enim Christum, ut nos saluos faceret, in mundi vrbem mortem subisse. Quis ergo non extrema corruptionis & impietatis plus quam diabolica traditio agnoscat, quando ita Christum mundus abominatur & odit, ut propter hunc eoi quoque, ferè in*

quos illi communis naturae societas & mutui auxilij necessitas coniunxit? Bisariam vero Christi
causa vel nomine per persecutionem sustinent. Primo aperte, quando ab ijs affliguntur, qui Christum
& meritum ipsius diserte negant & impugnant: quales olim gentes fuerunt, hodie autem Turca &
Iudei habentur. Deinde subdole, cum Christi nomen quidem aliqui profiteantur, gloriam vero illius
in creaturas transferunt, nec solo ipsius merito contenti, alia praeter hunc pro peccatis sacrificia, aliam
in creaturas, alios aduocatos & mediatores quarunt: & interim ferro & igne eos persequuntur, qui ab
vno illo pendunt, & cum Apostolis fatentur nullum aliud nomen hominibus datum esse, in quo sal- **Acto. 4.**
uari possint. Tales olim Israelitae erant, qui promissionibus & federe Dei gloriabantur, interim **1. Reg. 12.**
vero ex semetipsis noua sacra instituebant, & sanctos Dei prophetas persequabantur, qui vnus
veri Dei cultum & fidem in Christum, promissum saluatorem, eradebant. Tales hodie Papistae
sunt, quibus nihil aut parum ad salutem facere videtur, si Christum Iesum profitearis, nisi illi Diuos
Dinasque, ad hoc operum merita, indulgentias, Missas, purgatorium ignem, & sexcenta alia coniun-
gas. Imo vix illis aliud scelus maius videtur, quam si superstitiones et aditiones relinquant, vt Christo
vni omnis nostrae redemptionis gloria integra permaneat. Et haec hodie praecipua est persecutionum
causa: quas qui sustinent, Christi causa se affligi cogitent, & inde consolationem petant: illos vero
aliter non creditur Christiani nominis professio, quod minus Christi hostes censeantur, qui gloriam
suam aliqua ex parte imminui non patitur, nec etiam suorum sanguine multum sinet. Et hoc facit, **Mat. 47.**
quod persequentes istas ipsi tyrannus persecutoribus in testimonium testur as dicit. Intellegit enim
non modo contemnant, verum etiam hostiliter persequantur. Si enim pulvis ministrorum pedibus ex-
cusus illis conuincendis sufficit, vt alibi Christus admonet, grauius multo erit testimonium, quod tot **Luc. 9. & 10.**
piorum exilia, fuga, lachryma, vincula, ignominiose mortes de illorum crudelitate reddent. Haec
cogitate o boni, qui hodie propter Christi solius confessionem contra nos furitis. Cogitate (inquam)
tot vos in vestra ipsorum capita testes adducere, quor pij a vobis affliguntur. Etsi enim ad tempus
multa Deus distimulet, clamat tamen sanguis innocuus de terra, clamant sub magno illo altari, Chri-
sto, anime piorum: & tempus erit, quo illas vindicabit Dominus. **Apo. 7.**

Ceterum poterant hic multa occurrere discipulis, quae ipsos terrent, quo minus officio docendi
fungerentur. Quapropter illis quoque, respondet Dominus. Et primo, quia impossibile videbatur, euan-
gelium propagari tot vndiq; turbis & periculis imminentibus, diserte ait: Et oportet prius apud om-
nes gentes praedicari euangelium. Quibus verbis ad perpetuum & irrevocabile diuinae providentiae
decreto illos oblegat: quo ita constitutum sit, vt Euangelij doctrina nequicquam obstantibus ad-
uersarijs potentissimis, in toto terrarum orbe publicetur, priusquam Hierosolyma cum templo euer-
tatur. Quod impletum esse, res ipsa abunde declarat. Cum enim persecutione Hierosolyma exorta, **Acto. 5.**
discipuli inde expellerentur, mox per Iudaeam totam praedicarunt, & inde in Samariam profecti,
illam quoque Euangelij luce illustrauerunt, & Aethyopem eunuchum Philippus conuertit, cuius mi-
nisterio Deus postea haud dubie apud Aethyopes in propaganda Veritatis cognitione vsus est. Et
hesitantibus adhuc discipulis, an gentibus quoque Christus praedicari deberet, Petrus de eare ora-
culo celesti edoctus ad Cornelium Centurionem descendit, alij vero in Phoenicem & Cyprum vsque **Acto. 10. & 13.**
progressi, regni Christi pomeria per terras & maria longe lateq; extendere ceperunt. Maxime ta-
men in his omnibus Pauli virtus eluxit, quem peculiarem gentibus Apostolum Deus destinauerat, **Acto. 9.**
qui ab Hierosolyma & finitimis regionibus ad Illyricum vsq; Euangelium impleuit. Et idem e **1. Tim. 2.**
culis ad Coloss. scribens, Euangelium apud omnem creaturam iam cum praedicatum fuisse testatur. **Rom. 15.**
Ita vero fieri necesse erat, vt & Iudaeorum pertinacia incurabilis diuini iudicij rigorem excusaret, **Colof. 1.**
quo excisi sunt: & gentes perfectis excidij causis fidem in Christum maiori studio amplecterentur;
semperq; ipsi illud Pauli in mentem veniret: Si Deus naturalibus ramis non pepercit, vide ne qua **Rom. 11.**
fiat, vt nec tibi parcat, &c. Et haec autem nobis hoc loco obseruanda Dei potentia, qui verbi sui doctri-
nam, tempore omnium incommodissimo, inter tot obstacula tam feliciter propagare potuit. Vide-
mus hoc ipsum nostro seculo fieri, quando illa passim triumphat, vt cum se illi opponant, qui inter ho-
mines supremum auctoritatis & potentiae gradum obtinent. Nec obscuris indicijs patet, in Oriente
denno orienturam Euangelij lucem, vnde prius in reliquum orbem fuit diffusa. Neminem ergo ter-

Acto. 4.
1. Reg. 12.
Mat. 47.
Luc. 9. & 10.
Apo. 7.
Acto. 5.
Acto. 10. & 13.
Acto. 9.
1. Tim. 2.
Rom. 15.
Colof. 1.
Rom. 11.

E A

reant impiorum conatus, qui ut suis commodis consulant, Evangelij doctrinam oppressam volent. Esi enim omnia tenent, viresq; & consilia sua omnia in unum conferant, pradicabunt tunc Evangelium usq; ad extremos orbis terrarum cardines; nec ecclesiam suam Christus unquam deseret, nisi se usq; in mundi consummationem affuturum promissit.

Ceterum gravior adhuc scrupulus restabat, quo discipuli magis terri poterant, propria ruditate & imperitia conscientia, cum nec in publico multum versati essent, nec ad hoc se instructos esse viderent, quae ad docendi munus cum primis sunt necessaria. Et sane videtur multos hoc unum sollicitos habere, quod se ad respondendum minus instructos fore metuerent, si hanc doctrinam sua rationem rogentur. Sed hic quoque Christus medetur, dicens: Cum et aditus daretur vos, ne ante sitis solliciti, quid dicturi sitis, neque meditemini: sed quicquid datum fuerit vobis in momento, hoc loquamini. Non enim estis vos qui loquimini, sed spiritus ille sanctus. Quibus nota ita accipi debet, quasi temerarios esse velit, aut diligentiore mysteriorum fidei & scripturae rationem prohibeat. Initio enim ut sibi caueant monuit, & alibi scripturas scrutari iubet, & Timotheum suum hoc nomine Paulus commendat, quod a pueris sacras literas didicerit, et tamen eos hortatur, ut lectioni incumbat: idemq; verbi ministros eiusmodi requirit, qui & docendo volent, & contradicentium ora obturare possint. In presenti ergo Christus nimiam sollicitudinem prohibet, quod illos ab officio retrahere poterat, maxime si qui noui casus ex improviso incidere. Nam ego (sicut quae apud Lucam) dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere, neque resistere, qui aduersabuntur vobis. Et apud Mattheum: In illa hora dabitur vobis quid loquamini. Quibus hic addit, quod spiritum sanctum habituri sint in ipsis loquentem. Ista vero paternam Deum commendant, qui cum nos natura ineptos, & (ut Paulus inquit) ne ad cogitandum quidem idoneos esse sciat, donis sufficientibus & necessarijs eos instruit, quorum opera ad regni sui praeparationem rei vult. Exemplo nobis sunt Moyses, Aaron, Bezaleel tabernaculi structor, septuaginta annos mutatus & novis donis instructos fuisse legimus, ut primum a Domino vocati fuerunt. Et quibus discipulis pollicetur, fide optima praestitit. Misi enim spiritum sanctum, qui illos solus hinc hinc simul & mysteriorum scripturae sacrae cognitione instruxit, & tales fecit, qui cum exercitibus antagonistis congregari possent: id quod innumeris exemplis declararunt. Admirantur latentes

2. Tim. 3.
1. Tim. 3. 4.
Tit. 1.

Matth. 10.

2. Cor. 3.

Exod. 4. 35.
Num. 11. &c.

Act. 4. & 6.

Apostolorum doctrina diuina est.
Ioan. 14. 16.
Act. 1. 2.
Ioan. 17.

Seniores Petri & Ioannis libertatem in dicendo, cum scirent homines esse idiotas & illiteratos, non possunt resistere Stephano, qui summam eruditionis laudem sibi ipsis vendicabant. Paulus vero modo in sacris caeteribus perspicue docuit, verumetiam inter furentis populi horribiles mores & crudelentissimas imperterritus stetit: & tandem praesentibus tribunis, principibus, Festo praefecto, Agrippa rege & Bernice regina, causam ex vinculis dixit, & tanta quidem cum dextera, ut omnibus admirationi esset, & Festo praesidi ex immodico literarum studio mentis summi laudis esse videretur. Quid obsecro ibi fecisset Romanae eloquentiae parens Cicero, qui olim pro Dello verba facturus apud Romanos Iudices, visis circa forum armis Pompeij, hominis amplexum, metu perculsus fuit, ut intercluso spiritu vix singulare posset. Pertinent eodem martyrii exemplo, inter quos saepe non modo illiterati homines verumetiam feminae & pueri versatissimi philosophorum fecerunt, & illis superiores facti sunt. Et promissionis Christi veritatem hodie euertuntur multi, qui principibus et episcopis fidei suae rationem ita saepe ex tempore reddunt, ut ipsi hostibus admirationi sint, & frequenter aliquos illorum Christo lucrifaciant. Seruamus istam operationem, ut constantes in Domino hostium astutia minime terreamur. Singuli denique ista ad praeparationem, quando ad res arduas se vocari sentiunt. Qui enim illos vocat, eosdem armis idoneos in opere, ex rudibus & imperitis peritissimos, ex merulosis fortes, ex obscuris & contemptis illis multa auctoritate graues efficere potest.

Admonet praeterea locus hic, Apostolorum doctrinam non humanam & terrenam, sed diuinam & celestem esse. Quia enim non ipsi, sed in ipsis spiritus sanctus locus est, vix hic idem doctrinae auctorem auctorem censeri debet. Faciunt hoc alij quoque loci, in quibus spiritum suum illos Christus promissit, ut in primis vero, quod pro omnibus illis orat & intercedit, qui in ista Apostolorum doctrinam non credunt. Magna igitur est mundi peruersitas, qui etsi propria conscientia testimonio sepe con-

catur, tamen illi contradicere non veretur, & hereseos eos accusat, qui ab Apostolis traditam doctrinam recipiunt atq; timentur. Sentient illi aliquando Christi iudicium, qui olim dixit: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Nos itaque Thessalonicensis potius imitemur, de quibus Apostolus testatur, quod Evangelij doctrinam, non verbum sermonem, sed verbum Dei verbum receperint. Ita enim fiet, ut in nobis fructus ferat, nosq; ex illo renati inter Dei filios censeamur.

Porro redit ad periculorum commemorationem, & ne quid spei vel praesidij in vilo homine collocent, sed ab vno Deo penderent, illos quos ipsis aduersos fore docet, quos natura ipsis arctissime obstrinxerit. Tradet (inquit) frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent liberi aduersus parentes, & morte multandos curabunt. Eritis deniq; ex his omnibus propter nomen meum. Quod & illud apud Mattheum pertinet: Inimici hominis domestici eius. Poterant haec noua & incredibilia videri, nisi ab ipsa rerum origine huius generis exempla in omnibus historijs extarent. Cain certe Abelum fratrem non modo persecutus est, verum etiam crudeliter occidit, quod illum Dei cultoribus fuisse legitimus, & Iosephum fratres germani in Aegyptu vendiderunt. Quis item inimicitias Israelitarum & Iudeorum mutuas ignorat, quarum non postrema causa ex religionis controuersia vel distimilitudine exorta fuit? Verum haec impleta fuerunt, quando Iudei Apostolos & illorum sectatores, nullo habito cognationis & diuinae adoptionis respectu, gentibus execrandos et necandos tradiderunt: & priuati eius generis multa accidisse, non est dubium. Nec cessauit adhuc hodie rabies ista, quando frequentius liberos religionis ergo a parentibus abdicari, fratres a fratribus prodici, coniuges abs se inuicem diuelli videmus. Recens est uem sanctissimi martyris Ioannis Diazij Hispani caedes, quem Alfonso frater Roma vsq; insecutus in Germania obruncavit, nec terram alienam fraterno sanguine pollueret exhorruit. Nonne item in diuersis castris militarunt fratres & consanguinei, quos sola fidei & religionis causa contra se mutuo armauerat? Praedixit autem haec Christus, imo iam olim in spiritu Christi eadem Micheas praedixit, ne offendamur. Dilectus potius quantum post Veritatis odium, quo ipse etiam naturae leges mutauit. Quid enim tam naturale est, quam ut parentes ex se genitos liberos, & fratres se inuicem diligant? Quomodo autem humanae societatis & naturae leges seruentur, qui naturae Dominum & creatorem non reuerentur? Fugiamus ergo peccatum hanc, qua nulla atrocior excogitari potest, simulq; suspecta habeamus omnium eorum consilia & conatus, qui Veritatis odium semel conceperunt. Esi enim illud ad tempus dissimulent, mox tamen occasione oblata aduersus illum cultores hostiliter insurgunt, &c.

Ceterum concludit locum hunc Dominus promissione consolationis plenissima: Qui perseverauerit vsq; in finem, iste seruabitur. Cui consentit, quod apud Lucam habetur: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Perseuerantia autem ut in omni re vtilis, ita in fidei negotio necessaria est, eo quod defectio aut abnegatio cum praesenti salutis periculo coniuncta est. Ad hanc autem amplissimo premio excitat, salute nimirum animarum, quae omnibus rebus alijs pretiosior est, nec villo alio pretio redimi potest, quam eo, quod Christus Iesus pro nobis excoluit, cuius ij soli conforces erunt, qui illum fide vera amplexi, in eodem ad finem vsq; perseverant. Quotquot enim vbi manum arato admovent, a tergo respiciunt, non sunt digni regno Dei. At qui cum Christo patiuntur, cum eodem regnabunt: & qui cum illo moriuntur, cum eodem uiuent. Horum memores simus hodie, et simul cogitemus, afflictiones huius seculi baudquaquam pares esse gloriae, quae olim reuelabitur. Superemus regitur eas fide constanti, ut nobis olim in caelis viuere liceat, cum Christo Iesu, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Porro cum uideritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta, stantem ubi non oportet, qui legit, intelligat. Tunc qui in Iudaea fuerint, fugiant ad montes: qui uero supra domum fuerit, ne descendat in domum, nec ingrediatur ut quicquam tollat e domo sua.



Et qui fuerit in agro, ne reuertatur retro ad tollendum pallium suum. Vt autem uterum gestantibus & lactantibus in illis diebus, Orate ut ne fiat fuga uestra hyeme. Erunt enim dies illi talis afflictio, qualis non fuit à principio rerum conditarum, quas condidit Deus, usq; ad hoc tempus, neq; fiet. Et nisi Dominus decurtasset dies illos, nulla caro seruaretur, sed propter electos, quos elegit, decurtauit dies illos.

Argumentum
& usus pre-
sentis loci.

Postquam Dominus Iesus Christus publicas calamitates exposuit, quae urbi & templo tantum aliquot annis sint praecessurae, adhuc discipulos aduersus persecutiones monitis & consolationibus saluberrimis instruxit, tandem ad quaestionem illorum propius accedens, de ipso urbi & templo excidium agit. Et primò quidem docet, quo signo illud procul dubio imminere intelligatur: deinde omnibus ijs necessariò faciendum sit, qui non ipsi quoq; tantis malis inuolui volunt: quibus postremo loco consolationem piorum & electorum subiicit. Vbi semper tenendum est, Hierosolyma excidii totius mundi consummationem adumbratam fuisse, & proinde ista ad nos quoq; pertinere, vnde etiam nos, quid hodie inter tot vniuersi, apparentia irati Dei signa fieri conueniat, ne cum mundo perire nescio condemnemur.

Obsidio Hiero-
solymitana ex-
cidij signum in-
fallibile.

Orditur autem à signo, quo excidium certò imminere intelligatur, & quia indignum videretur, si plerisque, tantam urbem vna cum templo et cultu externo perire, ad Danielis oraculum referretur, hoc fore olim praedixerit. Cum videritis (inquit) abominationem desolationis, quae dicitur à Daniele propheta, stantem vbi non oportet, qui legit intelligat. Abominationem desolationis Hebraica pbrasi abominabilem vastitatem, quam illatura sint gentes prophanae & abominabiles, & sensus verborum est: Cum belli tempestatem, vastatis longè lateq; agris & oppidis circumstantibus, ipsi vbi imminere, & Romanas legiones ibi castrametari videritis, vbi non oportet, ibi loco sancto (vt Matthaeus habet) nimirum ad urbem Hierosolymam, quam olim Deus sanctificauerat, & à qua prophanae gentes procul arceri voluit: tunc certò cognoscatis, instare iam templum lud fatale, quo urbem cum templo excindi oportet, sicuti olim à Daniele praedictum fuit. Ubi verba Lucas exponit, qui illa ad hunc modum recitat: Cum videritis circumdari ab exercitu Hierosolymam, tunc scitote quòd imminet desolatio eius. Et paulò post: Cadent in acie gladii, & prius ducentur in omnes gentes, & Hierusalem calcabitur à gentibus donec impleantur tempora eorum, id est, vsq; ad finem saeculi, vt nulla sit instauratio spes reliqua. Docet ergo non vniuersi fore obsidionem, quales sunt, in quibus urbes vel non capiuntur, vel captae non excinduntur, vnde etiam post aliquot annos instaurantur: quae omnia Hierosolyma olim acciderunt. Sicut enim rex rex urbem cepit quidem & diripuit, non autem vastauit. Sanherib Assyrius clade per arces illa obsidionem soluit. Nabuchodonozor captam excusit, sed post annos septuaginta priores habitantes recepit. Et Pompeius cum anno ante Christum natum sexagesimo illam cepisset ab eius vastatione adeò sibi temperauit, vt ne pecunias quidem templi voluerit contrahere. Aliam fore rerum conditionem docet Christus, si illam uerum obsideri coningat: funditus eradicanda & vastanda esse, sicuti initio praedixerat. At hic primùm obseruandus, quòd desolatio in tantis malis ad veteres prophetias ablegat: nimirum vt inde & causas malorum, & Deo uidentiam omnia benè & rectè administrantem agnoscat, & proinde minus offendatur. Quòd idem nos quoq; in publicis & priuatis calamitatibus & mox consolationem sentiemus, si uiam & quae uera sit salutis uia intelligemus. Deinde obseruari debet, quòd excidium desolationem adhuc sanctum locum appellare dignatur, Facit hoc ueteris dignitatis respectu, hanc uero adeò non profuturam docet, vt prophana & execratione digna Romanorum legiones in illa castrametatae, & urbem cum templo vastatae sint, eò quòd illud superstitionibus & pietate profanarint. Seruit exemplum hoc ijs confutandis, qui hodie superstitionibus locorum pietate excusant, dum illic edicta olim Christi uel sanctorum eius miracula magis sic recitant, ut demus, quaecumq; ab illis dicuntur, uerisimè dici, num ideo locis eiusmodi salutem & Diabolum alligabimus? Vel num uetus dignitas impiorum successorum superstitionibus & sceleribus parauerit? Minimè, Quis enim unquam in orbe terrarum locus fuit, qui miraculorum fama

Dan. 9. & 10.

1. Reg. 14.
2. Reg. 19.
Isaie 37.
2. Para. 36.

rum Dei memoria cum Hierosolyma conferrī queat? Illic olim sacerdotio sanctus est Melchize-
 decus, quem Christi typum fuisse Apostolus testatur. Hanc sui cultus sedem perpetuam Deus constituit,
 & promissionibus amplissimis instruit. In illa urbe & templo Christus docuit, in illa miracu-
 lis innumeris suam diuinitatem testatus est, in illa redemptionis nostrae negotium absoluit, in illa
 primum predicarunt Apostoli, & inde Dei verbum in totum orbem exire debuit, sicut prophetae
 praedixerant. At tamen illam prophanari & funditus excindi passus est Deus, eo quod sacra à patri-
 bus accepta in filij sui ignominiam mordicus retinerent, nec illum salutis suae vnicum autorem vel-
 lent agnoscere. Et nos ab hominibus excogitatas superstitiones inani veterum miraculorum com-
 memoracione excusari posse putabimus?

Pergit autem Christus, & quid faciant, ne ipsi quoque tantis malis inuoluantur. Qui in
 Iudaea fuerint (inquit) fugiant in montes, id est, in loca cura sese recipiant, vel etiam extra Iudae-
 am fines alio migrent. Huius enim terminos fuisse scimus, Arabia montana & Libanum. Qui vero su-
 pra domum fuerit, ne descendat in domum, nec ingrediatur, ut aliquid tollat de domo sua. Et qui fue-
 rit in agro, &c. Sunt haec proerbiales locutiones, quibus fugam maturam & celerem suadet, adeo ut
 ne charissimis quidem et maxime necessarijs rebus sese retineri pariantur. Et haec quidem imminenti
 bello fieri debuisse, ex oraculo constat, quo ecclesiam admonitam fuisse, Eusebius scribit, ut trans-
 misso Iordane Pellam migraret, & sic illa seruata fuit. Iudei vero, cum huius admonitionis imme-
 mores, in urbem cateruatim confluissent, partim munitionibus, partim templo confisi, hostibus praeda
 facti sunt. Hinc verò generalis doctrina peti debet, ab impiorum consortio secedendum esse ijs, qui
 cum illis perire nolunt. Vult enim separationem fieri Christus, nec eos mundo commisceri vult, quos
 mundo selegit, ne cum hoc perirent. Ideo Petrus salutis consiliū petentibus dicebat: Seruemini à ge-
 neratione ista praua. Et in Apocalypsi de Babylone exire iubemur, ne plagarum ipsius consortes red-
 damur. Nec semel egressos esse sufficiat, sed ne eò, unde egressi sumus, reuertamur cauendum est, ne
 ad vomitum reuersi (ut Petrus monuit) postrema fiant peiora primis. Admonet praeterea locus
 hic, piorum emigrationibus ferè urbium & gentium excidia portendi. Quia enim illi instar militum
 sunt, qui in muri rupturam consistentes vim hostilem prohibent (quo simili Deus apud Ezechielem vici-
 tur) fieri nequit, quin illis sublati, Dei iudicium suam executionem habeat. Ira Iosue digresso sul-
 phur & ignem super Sodomam pluit Dominus, Et Iosue mortem bella Babylonica cum horribili ur-
 bis excidio secuta sunt. Possent alia huius generis exempla recenseri: quoruñ hic nobis usus esse debet,
 ne piorum domini cultores nobis oneri aut damno esse putemus, sed in summo precio habeamus, ut illorū
 nomine nobis Deus beneficiat, &c.

Ceterum quia graue admodum videtur, natale solum & cum hoc fortunas omnes relinquere, Periculorū de-
 periculum descriptionem horribilem subiicit, qua illos urgeat. Vae (inquit) vterum gestantibus &
 lactantibus in illis diebus. Dicit hoc, non quod peccatum sit, vterum gestare aut lactare infantes, sed
 belli & excidij crudelem & horribilem faciem exprimit, & eam fore dicit rerum Iudaicarum con-
 ditionem, ut cum numerosa sobolis procreatio inter Dei benedictiones non postrema censetur, tunc
 temporis sterilitas aut orbitas non parua felicitatis pars putari debeat, eò quod immanis hostium
 rabies in praegnautes quoque & lactantes grassatura sit, absq; omni sexus & aetatis discrimine. Simili
 ratione Iosue Israeliticæ gentis excidiū in spiritu prauidens, Dominum rogat, ut ipsis det vultum
 abortientem et vbera arenaria, ut vel hoc pacto belli atrocitas mitigetur, si nec praegnautes sint vlla,
 nec lactentes paruuli, in quos hostium rabies seuire possit. Docent autem eiusmodi loci, quanta sit
 scelerum atrocitas apud Deum. Horrendum equidem est, matres in liberorum conspectu ignominia
 genus omne perpeti, & rursus illis videntibus infantes allidi & crudeliter iugulari. At cur non hor-
 renda quoque censentur scelera, quibus Dei ira prouocatur, ut ista fieri velit? Sed dè deplorandā nostri
 seculi stupiditatem, quo passim in omnibus propè nationibus huius crudelitatis exempla sunt edita,
 & tamen pauci sunt, qui penitentiam necessariam esse putent, qua Dei ira placetur. Addit in prae-
 senti Christus, Orate ne fuga vestra fiat hyeme. Apud Mattheum sabbati quoque fit mentio, & sen-
 sus est, Tantam fore tamq; atrociam pericula, ut cum declinari non queant, saltem hoc rogandus sit
 deus, ne fuga vel tempestate vel religione impediatur. Hyems sanè iter facturus obstacula multa obij-
 cit, sabbato autem Iudeis longius exire non licebat, quam ad stadia aliquot, sicuti ex Luca patet, Actor. 16

Genes. 14.
 Hebr. 7.
 Psalm. 123.
 2. Sam. 24.
 Iosue 2.
 Mich. 4.
 Luc. 12.
 Ioan. 15.
 Actor. 2.
 Apoc. 18.
 2. Pet. 2.
 Piorum emigrā-
 tiones excidia
 portendunt.
 Ezech. 13. 22.

Matth. 27.

Consolationem
piorum inter-
ferit.

Isaie 1. & 10.
loc. 2. & c.

Electio gratui-
ta.

Electi in medijs
tribulationibus
seruantur.

2. Pet. 2.
Ioan. 10.

Exod. 8. 9. 10.
12. & c.

1. Cor. 10.

2. Cor. 1.

vbi montem oliueti ab Hierosolymis itinere sabbati distare scribit. Etsi vero post Christi mortem
ceremonie legales cessare debuerunt, pro illius tamen temporis ratione Christus loquitur, et vobis
diximus) curare iubet, ne quam fugam remoram sibi injici patiantur. Et causam hanc per
reperit, dicens: Erunt enim dies illi afflictio, qualis non fuit a principio rerum conditarum, et
ristime autem hoc dictum fuisse, mox patebit, si postremum hoc vrbis excidium & Iudaeae gentis
minioam in omnes terras dispersionem cum omnibus ijs conferas, quae vel in Aegypto, vel post
Babylone passis sunt. Ita vero fieri oportuit, cum in ipsum Dei filium scelus desegissent, ad
spectum ipsa tellus exhorruit, et quod Sol videre noluit. Interim discant hoc loco vrbem, quae
ipsis sit futurum, qui hodie adhuc Christum in membris suis persequuntur, et crudeli rabie in
illius furiunt, quam ipse oculi sui pupilla cbariorem habet. Vide Zach. 2. & c.

At ne pij quoque, ex his desperandi occasionem arriperent, consolatione interserit Christus, dicens
Nisi Dominus decurtasset dies illos, nulla caro seruaretur: sed propter electos, quos elegit, decur-
uit dies illos. De Iudaeae gente loquitur, quae tota esset peritura, nisi Deus hostiam ratiem ieremae
& afflictionibus finem vel modum imponeret. Et sane miraculi instar est, quod cum Iudaeae
bus populis exosi fuerint, maxime Romanis, penes quos tunc erat totius orbis imperium, non
omnes extincti sint. Sed causam ostendit Christus, quando Deum propter electos suos dies illos
Etiam decurtauisse ait. Respicit autem ad Dei decretum, qui iam olim per Isaiam & alios prophe-
tas praedixerat, ex Iudaeorum reliquijs ecclesiam suam in statuari oportere. Factum hoc per
Electos & alios Iudaeorum, qui Euangelio crediderunt. Electos vero nominat, cum credentes dicitur
tuisset, ut salutis tam publicae quam privatae fontes in mera & libera Dei gratia commo-
abq; illo operum nostrorum respectu suos ante mundi constitutionem elegit, ut eis in filijs suis
Christo saluos faceret. Nobis vero obseruanda venit Dei bonitas simul & providentia, quae
tas gentes interdum vniuersali excidio delere videatur, semper tamen electorum suorum ratiem
habet, & illos inter medias tribulationes conseruat. Nonne enim suos, & vbi Petrus scribit, non
etiam pios ex tentatione eripere, iniustos autem in diem iudicij puniendos seruare. Et Christus
meas (inquit) nemo potest & manu mea rapere. Nec exempla desunt, quae docent, ut Deus inter
& impios discernere possit. Olim enim toto mundo pereunte, Noe cum suis per arcam saluatus
Et Lothum & Sodomis iam iam perituris angelorum ministerio eduxit. Nec semel inter
& Aegyptios distinxit, cum hi quidem sua impietatis poenas darent, illi vero ipsius manus
regerentur. Similiter decem Israelitarum tribus in captiuitatem abductas fuisse legimus, salu
huc regno Iuda, in quo purior Dei cultus florebat. Consolentur nos ista, nec eorum ratiem
mur, qui vniuersis persuadeant impietatis studium, nullum inter pios & impios discernere
mani. Nam, ut diximus, suorum curam habet Deus, & licet eos affligat interdum, suble-
est, nec illos supra vires tentari patitur, sed facit ut consolationes abundant, vbi afflictiones
& grauiores incidunt. E contra non est, quod sibi ipsis ob externam fidei professionem &
tas promissiones blandiantur hypocrisis, quasi perpetuo Deum sibi proprium habituri sint, ut
pereuntibus pij quoque periclitentur. Facile enim Deus inter suos & illos discernet, & praec
iudicem iustum experientur, qui nunc inani praetextu aduersus minas ipsius nituntur. Facili
ille, ut inter tot & tanta ira ipsius indicia horum memores, ab impuri mundi studio discerant
vni Christo consecrari, fidei puritatem teneamus constanter, ut & huius seculi calamitates
fugere, & regni caelestis hereditate olim frui possimus, in Christo Iesu Domino nostro, cui
meditatio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A C X.

Et tunc si quis uobis dixerit: Ecce hic Christus, ecce illic: ne credatis. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetae, & edent signa & prodigia ad seducendum, si fieri possit, etiam electos. Vos autem caute: ecce, praedixi uobis omnia.

Esi vero post... Christus loquitur... Et causam... rerum conditam... excidium & Iudae... vel in Egypto... celus designasset... hanc hoc loco... ur, & crudelitatem... h. 2. &c.

Dominus & saluator noster Iesus Christus de urbis & templi excidio ita differit, ut simul di-
scipulos diligenter admoneret, quid illis eo tempore factu sit opus, ne etiam ipsi cum impio Iu-
deorum populo salutis iacturam faciant. Et multa quidem huc usque de publicis totius gentis ca-
lamitatibus dixit, de persecutionibus item, quibus ipsos Apostolos & reliquos credentes excerceri
oporteat. At quoniam in turbis eiusmodi periculum maximum & gravissimum, ex impostoribus im-
mineret, & satan istam occasionem attentè observat, ut terroribus vndiq; circumventos vnanis pollici-
tationibus à Deo abducat: redit modo ad primum huius tractationis caput, & diligentius de vitan-
dis seductoribus admonet. Nobis verò in his omnibus ita versandum est, ut (quod sepe diximus)
subinde cogitemus, haec omnia propter typum ad nos quoque pertinere, qui in novissima tempora
incidimus, quorum turbulenti motus & pericula per Iudaeae gentis excidia adumbrata fuerunt.
Videamus ergo, qui nam illi impostores sint, & num hodie illorum similes inveniri possint, qui à pijs
cautari debeant.

Admonitionem paucis verbis cõprehensam præmittit. Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic Chri-
stus, ecce illicne credatis. Sensus est, non habendam esse fidem ijs, qui Saluatores novos & novas salu-
tis rationes hinc inde sunt monstraturi. Et mox causam subiicit: Surgent enim pseudochristi & pseu-
doprophetae, & edent signa ac prodigia ad seducendum, si fieri possint, etiam electos. Clarius tamen haec
apud Mattheum exprimitur, ubi illos Christum in deserto & penetrabilibus seu locis probe con-
clusis monstraturos ait. Vbi primò considerandum venit, qui nam falsi illi Christi & falsi prophe-
tae sint. Quod illico patebit, si quis verus Christus & verus propheta sit, intelligamus. Scimus autem
olim Christos vel Vnctos dictos fuisse Reges & Sacerdotes: eo quòd ex Dei instituto vñctione publi-
ca & solenni initiarentur, quae spiritus sancti dona adumbrabat, quibus illos cum primis instructos
esse oportet. Ex eo more promissus ille humani generis Saluator nomen accepit, ut Hebraeus Mes-
sias, Graecis verò Christus dictus sit: eo quòd illum Deus ab aeterno ecclesiae suae Regem & Sacerdo-
tem constituit, & eundem quo ad humanam naturam vñxit oleo laetitiae praeforibus suis, quando
spiritus sanctus visibili specie super illum descendit, & mansit, sicuti Ioannes testatur. Christus ergo
verus est vñctus ille Dei filius, qui cum patri ab aeterno coequalis esset, praefinitò tempore ex Ma-
ria virgine homo factus, omnia ea praefuit, quae Regis & Sacerdotis sunt officia. Primò enim ut
Sacerdotem verum ageret, Dei patris voluntate perfecte docuit, adhaec semetipsum in ara crucis pro
totius mundi peccatis hostiam sufficientem immolavit, & in caelum subuectus pro nobis intercedit, ut
per ipsum nobis ad throni gratiam accessus pateat. Deinde ne Regis officio desisset, populum suum, quem
illi pater dederat, ex diaboli potestate afferuit, illum foras eiecit, suos verò legibus vitae aeternae in-
struxit, & eosdem omni benedictione spiritali ditatos aduersus omnem hostilem potentiam perpetuò
protegit atq; tuetur. Et quia haec omnia in vno Christo habentur, Apostoli in hoc vno omne salutem
contineri docent, nec vllum aliud nomen sub caelo hominibus datum esse testantur, in quo salutem con-
sequi liceat. Vt verò vnus hic Christus huc Saluator est verus, ita veri etiã prophetae sunt, qui vnum
hunc docent, ad vnum hunc suos auditores remittunt, & in vno hoc monstrant quacumq; hominibus
ad salutem sunt necessaria. E contra falsi Christi sunt, qui Dei filio debitum honorem sacrilego au-
su sibipsum vendicant, dum sese populi Dei redemptores, sacerdotes & reges, adeoq; ecclesiae caput con-
stituant. Falsi autè prophetae sunt, qui tales cõmendant, & salutem apud illos querere docent. Quoad
verò Iudaos, ante urbis excidium falsos Christos exortos fuisse, nusper ex Iosepho ostendimus. Erant
enim qui omnium animis Messiae promissi (quem illi regem terrenum somniabant) expectatione su-
spensis, vulgi simplicitate turpiter abutebantur, seq; à Deo missos populi liberatores esse vendicabat.
Cum verò idem plerumq; metu Romanorũ praesidiũ in deserto laterent, vel in locis munitioribus se-
se clanculum continerent, suos interim habebant emissarios, qui magnificis promissis populum ad il-
los educebant, quas Messiam inuenturi essent, cuius opera & auxilio ex Romanorum tyrannide li-
berarentur. Et cum perosa, illorũ Magos fuisse tradat Iosephus, nõ dubitè est, quin miraculis et pro-
digijs sibi fidem fecerint apud rude vulgus, quod plerumq; vero & sano de rebus iudicio destituitur.
Illorum certe dolis multos perijisse constat, ut non temerè Christus illos cauendos esse monuerit.

Ceterum ut Iudaeae gentis dispersione & miserabile urbis excidium pseudochristi & pseudopro-
phetae praecesserunt: Ita idem illi, quid novissimis temporibus futurum esset, adumbraverunt, & ex

Argumentum
& usus prae
senis loci.
De falsis Chri-
stis & pseudo-
prophetis ad-
monet.

Christus verus.
Ioh. 4. 3.
Ioh. 1.
Ioh. 15.
Ioh. 18.
Hebr. 4.
Matth. 12.
Ioh. 12.
Ephes. 1.
Ioh. 4. 9.
Act. 4.

Falsi Christi.
Homil. 107.

Pseudochristi
& Pseudopro-
phetae

ecce illic: ne cred-
etis, & edent signa
et oia. Vos autem ca-
vete.

pbeta nauisti
mi seculi.
2. Theff. 2.

Apoc. 2.

Postillas.

Psal. 80.

Ciboria sacra
pro Eucharis-
tie conserva-
tione.

Festū corporis
Christi.

Apostolorum interpretatione patet, hunc locū de illis etiam exponi debere, qui iam seculis ante-
 stianum orbem suis imposturis turbauerunt. Paulus certe, priusquam magnus ille dies Diocetiani
 niat, non modo vulgares impostores, sed Antichristum ipsum in ecclesia oriturū dicit, qui diuina
 nores sibi vendicet, & cuius aduentus sit secundum operationem satanae, cum omni potentia, &
 & prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione iniusticie. Quin illum iam tunc quando illa scri-
 bat Apostolus, mysteriū iniquitatis operari querebatur; nimirū quod sacra ritibus adu-
 stolis sectas & hereses excitare cepit, quales Nazareorum, Cerinthiorum, Ebionitarum & Neo-
 laitarum fuerunt, per quos Antichristo illi magno viam sterneret. Secuta est Episcoporum auctoritas,
 qui de primatu contenderūt, quem tandem Bonifacius II. 1. à Phoca Imperatore obtinuit. Inter
 reuersiones verò istas simulachra in ecclesiam inuenta sunt, & auctus quorundam ceremoniarū numerus,
 sub quibus vere pietatis studium indies magis elanguit: maxime postquam Carolus Magnus
 quidem bono, sed parum considerato, ecclesias maximis diuitijs auxit, & Romanorum Pontificum
 potentiam sua auctoritate stabilivit, à quibus ipse Occidentis Imperium accepit. Tunc enim
 quod pro uerbo dicitur, Religio peperit diuitias, & filia deuorauit matrem. Nec parum momentū
 ad superstitiones attulit, quod ex illius iussu Paulus Varnenfridus lectiones Evangelicā, quas
 ad Postillas vocant, excerptis, quas Dominicus diebus in ecclesijs recitari solent, & ad illas
 Alistimorum patrum more, qui integros scripturā libros prelegere & populo Christiā exponere
 lebant. Ea enim occasione factum est, ut scripturā sacrā magna ex parte mutilatā ritibus, p-
 ficiat ministri in illis minori diligentia sine versati, & multi è vulgo non alias scripturas recita-
 rent, quam Dominicales illas, quas solas prelegi audiebant. Cæpi mos ille, ut historicis referunt
 circa annū Domini 806. Nec obscuris prodigijs Deus testatus est, ecclesijs reueras immiserit, quod
 do illo tempore Luna vno & eodem anno ter, Sol autem semel defecit. Nam tunc quoque Diocetianum
 cultum cepisse constat, & non multo post crescente indies ceremoniarum numero & Episcoporum
 ambitione, sub annū 844. de reali & corporali Iesu Christi in Sacramento altaris presertim, & de
 substantiatione disputari cepit, sicuti ex Bertrami libris, ex Caroli Calui mandata ea res
 scriptis, colligere licet. Sedebat tunc in Romana sede Sergius I. qui cum antea Os portu daretur,
 primus inter Pontifices nomē mutauit: quo omne nimirū Deus testabatur, iam in fortibus
 illud fatale, quo aper è saltu (ut Psaltes ait) Calidonio illo multum ferociter vniū ipsius
 esset, & deflectionis auctor futurus ipsi, qui in baptismo vni Christo nomē dedissent. Vt primū
 ista opinio obtinuit, ipse Christus, verus Dei & Mariæ virginis filius, diuersi in locis man-
 quari & adorari cepit. Nam non modò inter media sacra Christus corporaliter adesse creditur
 sed Honorius II. sub annū Christi nati 1125. panem mysticum in loca certa recondi, &
 sarum tale habetur: Ne propter incuriam sacerdotū diuina indignatio grauius ex actis, &
 precipiendū mandamus, quatenus à sacerdotibus Eucharistia in loco singulari, munito &
 semper honorifice collocata deuotè & fideliter conseruetur. Sacerdos verò frequenter docet
 suam, ut cum in celebratione Missarum eleuatur hostia salutaris, se reuenter inclinet, &
 ciens cum eam desert presbyter ad infirmū. Quid verò ista mandari opus erat, si iam olim
 ea auctoritate & veteris ecclesiæ vsu fuissent confirmata? Hic ergo nouus Christus excepit
 qui non ex Davidis semine per spiritus sancti operationem homo factus, sed verborum
 nis & vini substantia enatus, pro peccatis hominum in altari immolaretur. Eidem postea
 prium, quod Corporis Christi vocant, Urbanus II. instituit, anno Domini 1164. Ad
 omnia ea in orbe Christiano facta sunt, et hodie adhuc sunt, que futura Christi prædicat.
 qui verus Deus & homo est, realiter & corporaliter monstratur in altaris sacramento, & populo
 audiuntur voces ille. Ecce hic Christus: Ecce in hoc ciborio vel adicula, ecce in isto tabernaculo
 in ista theca Christus Deus & homo continetur. Ecce in vel sub hoc pane verum Christi corpus
 stantialiter offertur, atq; percipitur. Nec illud modò, verumeriam quæcumq; Dei filius
 merito nobis acquisiuit, & apud illum solum queri debent, diuersi loci astringit, & hinc
 strari solent: qualia sunt, Remissio peccatorum, gratia Dei, salus & vita æterna. Nota enim
 templorum & altarium inscriptiones, quæ illic plenariam peccatorum remissionem inueniunt

Notae sunt imaginum ficticiae laudes, quae eo nomine commendantur, quod ad se venientibus Dei gratiam & peccatorum remissionem conferant. Taceo Romanorum Pontificum Bullas & indulgentias, quae hoc ipsum magna impudentia pollicentur, quod nemo praeter Christum praestare potest. Monstratur ergo Christus in deserto, monstratur in penetralibus, monstratur sub panis & vini speciebus. Monstratur illius meritum apud aras, sacella, imagines: monstratur item in monachorum cenobijs, monstratur in vili membrana & plumbo, monstratur in cucullis, in aquae benedicta aspersio- nibus, denique in nolarum vel campanarum sono, quem non minimam cultus diuini partem homines su- perstitiosi constitunt, & eodem animas a corporibus digressas non parum adiuuari docent.

Quibus vero argumentis ista probant atque tuentur? Solent quidem Apostolorum auctoritatem & exempla iactare, & interdum scripturis male detortis abuti: sed praecipua illis spes in miraculis & prodigijs sita est, quae vel olim edita fuisse apud rude vulgus praedicant, vel noua & recentia con- fingunt. Facit hic vniuersum illud transubstantiationis negotium, quod modo ineffabili & miracu- loso confieri, & iam olim miraculis infinitis comprobatum esse fabulantur, cum alibi hostia consecra- ta sanguinem sudarint, alibi in illis infantis imago repente visa sit, alibi ex incendio intacta euase- rint. Verantur item in omnium ore miracula imaginum siue simulacrorum, quorum alia locuta- re, alia ambulauisse, alia fleuisse, alia ad se confugientibus aut etiam vota nuncupantibus opem tu- lisse dicuntur. Et vix vetera omittimus, recens est adhuc furoris illius memoria, quo homines repente correpti ad Mariam Ratisponensem, quam speciosam dixere, conturrerunt. Poterant istis adnume- rari Monachorum fraudes, qui mirificis prestigijs & incantationibus simplices & incautos delu- serunt. Nec negari potest, eam fuisse multis in locis miraculorum auctoritatem et verisimilitudine, vt cordati quoque & religiosi homines non leuem dubitandi occasionem inde acceperint: & hodie etiam multorum fides tentatur, dum ista vel ipsi coram vident, vel ab alijs praedicari audiunt. Sed hoc illud est quod in praesenti Christus dicit, oriturus pseudochristos & pseudoprophetas, qui signa & prodigia edant, quibus electi quoque, si fieri possit, seducantur.

Miracula pseudochristorum.

At quaerit aliquis, Cur ista fieri patiat Deus? Vbi facilis est responsio: Iusto nimirum Dei iudicio fieri, siue reprobos spectes, siue pios & electos, Quoad enim illos, equum est, vt eiusmodi prestigijs ludifcentur, qui oblatam verbi Dei doctrinam ingrati reijciunt. Et in Iudaeis hoc manifestus est, quam vt multis demonstrari oporteat. Nam venerat ad illos Dei filius, saluis rationem pure tra- diderat, doctrinam miraculis veris & salutariibus confirmarat, quae simul ipsum Messiam & verum humani generis redemptorem esse testabantur. At non mouerunt haec omnia infelices homines, quo- rum corda auaritia & ambitio indurauerat: qui non contenti veritatis doctrinam spreuisse, in super il- lum in crucem suffixerunt, & mox Apostolos quoque crudeliter persecuti sunt. Quis ergo dignos fuisse negauerit, qui impostoribus preda fieret, & magicis prestigijs deciperentur? Eandem esse hominum nouissimi seculi conditionem, Paulus testatur. Cum enim de Antichristo (vt supra diximus) verba fecisset, mox illum in eos modo grassaturum ait, qui veritatis dilectione non recipiunt, vt salui fiant. Ideo (inquit) mittet illis Deus efficaciam erroris, id est, erroris siue illusionem efficacissimam, vt cre- dant mendacio, vt omnes iudicentur, qui non crediderunt veritati, sed approbauerunt iniustitiam. Et eodem facit, quod idem Apostolus de hominibus nouissimi seculi alibi vaticinatur, qui veritatis do- ctrina non admittuntur, sed ipsi sibi doctores coacervantur, qui prauis cupiditatibus ipsorum consentanea loquantur. Atqui tales hodie passim regnant, qui & veritatis lucem hostiliter insectantur, & manifestos errores publice propugnant, proque stabilenda Pontificum tyrannide in fratres suos ferro & igne grassantur. Nullam ergo illis iniuriam facit Deus, quando eos ita decipi & excaccari pati- tur, vt veritatis lucem nec videre nec palpare possint. Quo ad pios autem, illos quoque, signis eiusmodi exerceri prodest, vt fides illorum probata fiat: Quae de re Deus per Moysen Israelitas olim admonuit, dicens: Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium somniet, dederitque tibi signum aut portentum, euenieritque signum aut portentum, quod praedixit tibi, dixerit autem, Eamus post deos alios, quos non nouimus, & seruiemus eis: non audies verba prophetae illius aut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester, num ametis Dominum Deum vestrum ex toto corde vestro, etc. Et hoc quidem ipsa illis quoque opponimus, qui miracula hodie allegant in ijs defendendis, quae Dei verbo pa- lam aduersantur. Vera enim miracula ea modo censerentur, quae veritatem sacris literis compre-

Cur ista fieri patiat Deus.

2. Thess. 2.

2. Tim. 4.

Deut. 13.

Galat. 1.

Electorum salus certa.

1. Ioan. 3.

2. Cor. 1. 5. & 6.

2. Tim. 3.

Ioannis 10.

Ephef. 1.

Ne creditis.

Ne exeat.

1. Timoth. 2.

Ioan. 4.

Matth. 23.

Matth. 16.

1. Corinth. 1.

hensam suo testimonio stabiliunt. Quod si qua hanc oppugnant, ea fidem nullam merentur. sed non numerari debent, de quibus in presenti agitur. Cur enim miraculis nullo Dei verbo mirantibus datur, quando ne angelo quidem credendum esse Apostolus monet, si Evangelium aliud praedicet. Quod potius fidem nostram ideò tentari cogitemus, ut alijs exemplo sit, et nos illius constantia firmemus.

At hic multae consolationis plenum est, quod etsi miraculorum eiusmodi magnam efficaciam praestent, Christus tamen electos eximit, qui illis superari et seduci nequeant. Etsi enim interdum dubitent atque vacillent, manent tamen in illis semen filiorum Dei, et Spiritus archidoli, cuius suggestionem et potentem Dei manu in viam reducantur. Nonne etiam Deus qui suis sine, nec sine, sed in gratia consistere audimus, qui nos ab aeterno elegit, et cuius electio et vocatio perpetua est, quod illum eius penitere nequit. Vide Rom. 11. et 8.

Sed tempus est videre, quid fieri velit Christus, quando impostores eiusmodi oriuntur. Primum ne illis credamus, monet. Quasi dicat: Dicant illi quodcumque volent, et signa quoque stupenda faciant, et confirmet, vos tamen illis non debetis credere, nec vos illis praebere circumducendos. At quia praesenti causa monet, ad omnia alia transferri debet, quae in salutis et fidei negotio, Dei verbi denersa et contraria traduntur. Docet illud unum Deum invocare, nisi illi consistere, in Christo credere iustitiam et salutem, qui nobis mediator et advocatus a patre datus sit. Illa ergo confirmatio non movetur, nec ulla eorum auctoritate moveamur, qui contrarium docent. Christo enim clamante, Ne credatis, corruunt universa patrum, Pontificum et Conciliorum aliud iudicium auctoritas. Deinde apud Mattheum addit: Ne exeat, nimirum post illos, qui Christum et salutem in deserto profuerant. Et quidem quoad Iudeos, non debuerunt illi eos audire, qui ipsi non salutores pollicentur. Nobis vero idem praecipitur, ne ab ecclesia, quae unum Christum agnoscit, exeamus post eos, qui novos mediatores et novas salutis rationes excogitant. Cur enim a Christo et ecclesia esse distamus, quando in hac vita per illum salus obtingit? At brevis hoc praecipitio evitatur, nimirum praesentio eorum, qui pro corporum et animarum salute peregrinationes religioas instituant, quod Dei gratia locis certis alligata, et non ubique praesens sit illi ex fide invocantibus. Vnde enim Christus per unum contenti sumus, qui iam non in terris hisce corporaliter, sed Spiritu suo et meriti gratia nobis praesens est, nec suos ipsam sua ope et protectione destituit. Et ista conclusionem subijcit, quae admodum dicitur: Vos ergo caute, ecce praedixi vobis. Ita vero securus excitat, ne quis electionis fidem abutatur? simulque excusationem omnem illis admittit, qui seducuntur. Quid enim praetermissum fecerunt, a quibus cavere Christus tam graviter praecipit? In horum consideratione diligenter hodie versemur, nec illorum rationibus moveamur, quibus leniculus videtur a fidei et religionis regula, per Christum nobis tradita, deflectere post eos, qui Christi nomen vel honore in sese traxerunt. Ipsi enim hic de animarum salute, cuius iactura nullis opibus reparari potest. Contra tamen certum est, quod unum Christo Iesu, qui nobis a Deo patre iustitia et satisfactio et sanctificatio factus est. Quae post aspernantur, ij et aeterna vita excidunt, et in praesenti hac Antichristi archibus in omnes gentes periculorum abducuntur: cuius rei exempla in historijs passim sunt obvia. Revelavit autem suum nobis benignus Deus. Agnoscamus ergo beneficium ipsius, et omnibus omnibus quaeramus, vel huius princeps obijcit, vni illi adhaeremus, et inter pericula fidem in illum tenemus, et eam custodiam, eandemque assiduo innocentia et caritatis studio testemur. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria et potestas in aeternum. Amen.

HOMILIA CXI.

Ceterum in diebus illis post afflictionem istam Sol obscurabitur, et luna non dabit splendorem suum: et stellae caeli excident, et potestates quae in caelis sunt, concutientur. Et tunc videbunt filii hominis venientem in nubibus cum potestate multa et gloria. Et tunc mittet angelos suos, et coget electos suos a quatuor ventis, ab extremo terrae usque ad extremum.

numi coeli. A ficu uerò discite parabolam: Quum ramus eius tener sit, & germinat folia, nostis quòd propè sit aestas. Ita & uos, cum hæc fieri uideritis, agnoscite quòd propè sit in foribus. Amè dico uobis, nequam præteribit ætas hæc, usque dum omnia hæc facta fuerint. Cælum & terra præteribunt, sermones autem mei nequaquam præteribunt.

Postquam Dominus noster Iesus Christus de urbis excidio differuit, & discipulos de omnibus Argumentum & usque præsentis loci. ad alteram huius tractationis partem, & de huius mundi consummatione, deq; suo ad iudicium aduentu loquitur. Ordo tractationis hic est. Primò signa commemorat, quæ nouissimam diem proximè sint præcessura. Deinde aduentum suum describit, & quæ tunc hominum conditio futura sit, docet. Tertio argumentis aliquot hoc suum ratiocinium confirmat. Seruit autem locus hic institutioni simul & consolationi, & proinde multa consideratione dignus est. Excitat enim securos, ne mundi transituri studijs inutilibus & noxijs immergamur. Ad hæc scandalo medetur, quòd ex priorum afflictionibus & lætis impiorum successibus oritur, cum ostendit, fore olim tempus, quo illi quidem digna laborum suorum præmia recepturi, hi uerò sceleribus ipsorum dignas pœnas daturi sint. Quoad primũ, sic ait: In diebus illis post afflictionem istam Sol obscurabitur, & Luna non dabit splendorem suum, & stella cæli excident, ac potestates, quæ in cælis sunt, commouebuntur. Tempus ante omnia denotat, illud nimirum, quando afflictionibus quas hæcenus exposuit, p̃ij iam defuncti sint: & tunc euentura dicit, quæ & horribile Dei iudicium mundo imminere testentur, & in gloria venturi sint iudicia. Admonet ergo temporis circũstantia, ne uel afflictionibus offendantur, uel triumphos ante uictoriam somnient. Nec tamẽ eclipses Solis & Luna intelligit, quales ex ordinario cæli descriptionibus ferè rursusantur. Per uerbis uerò dicitur, quæ apud prophetas in iudiciorum Dei Isaiæ 13. & Jeremum motu frequenter oriri solent: sed extraordinarias, quæ totius huius mundi machine interitum instare doceant, & hominibus impiè securis Dei iram cælestis denuntient. Et hoc inuinit, cum potestates, quæ in cælis sunt, concutientur, ut aliquid præter solitum naturæ cursum patiuntur. Apud Lucam uerò his duo alia etiam addit, Maris nimirum inundantis siue aestuantis fremitum, & horribilem pleniq; desperationis hominum anxietatem, quæ ex insulitis hisce terroribus scelerum conscientia conuictis sit exoriuntur: ut ita diris modis excrucientur, qui prius immamili centia carnis suæ desiderijs indulserunt, & pios siue credentes crudeliter persecuti sunt. Quæ autem illa, & istam uis quantam sit peccatorum & scelerum atrocitas. Cum enim nouissimus Christi aduentus (ut in sequentibus patebit) p̃ijs lætus & salutaris futurus sit, horrenda hæc & terroris plena ad solos impios pertinere constat, quos ita terretur oportet, ut Dei iram agnoscant ex ijs, quæ in omnes sensus incurrunt, quam ex uerbis ipsius agnoscere noluerunt. Nec tamen nouissimò tantum die Deo in hoc seruet tota mundi machina, sed ab ipsa origine rerum multa acciderunt, & hodie etiam multa sunt, quæ impijs & penitere nescijs omnia elementa infesta esse docent. Ut enim mūdus hic totus in hominis usum conditus est, & in singulis eius partibus diuina bonitatis & beneficentiæ signa p̃ijs Dei cultoribus apparent. Ita ubi Deo sese hostiliter homines opponunt, & mādara ipsius incurabili impietate contemnant: mox cælum & terra, & cum his creaturæ reliquæ omnes, quasi conspiratione facta in arma ruunt, & irati Dei iudicia uel omni prodigiorum genere horribiliter portendant, uel etiam reipsa exequantur. Exempla in historijs passim sunt obuia, & imprimis memorabilia sunt, quæ de Aegyptijs & Chananæis narrantur, contra quos elementa omnia militauerunt, dum cælum tempestatibus insolitis agros vastauit, grandine uerò & pecora & homines occisi sunt, aer locustarum omnia longè lateq; populantia agmina, fluij & paludes ranarum sedas cohortes produxerunt, Sol uel lucem negauit, uel solito diutius subministravit, ut dignè de ipsis p̃iens sumi possent. De his nos cogitare oportebat hodie, quando iræ diuinæ certissima signa passim apparent. Nam ut instabiles & incertas planè temporum anni uices, tempestates incommodas, maris et fluiuorum inundationes, terræ motus, non fructuosus partus, & infinita alia omitamus, quod obsecro seculum fuit, quo tam multamq; diri Cometes in cælo arserint, quot intra annos triginta uidimus? Nec tamen Cometa tantum

Argumentum & usque præsentis loci.

Signa, quæ die nouissima proxime præcessura sunt.

Isaiæ 13. & Jerem. 1. & 2.

Lucæ 21.

Peccatorum quæ sit atrocitas.

Rom. 1. & Psal. 104.

147. & c.

Exod. 8. 9. 10. & c.

Ios. 10.

Sol obscurabitur, & potestates quæ in hominis uentrem mittit angelos suos, & terræ usque ad exte-

tummodo visi sunt, sed multis in locis cruces, gladij, cuspides cruentæ, armata cohorte, leones et multa alia terroris plena prodigia apparuerunt. Nec inanibus terricula mens Dei nos iudicet, sed etiam tur seditiones, bella & horribiles undiq; regnorum motus, ad hæc famæ, pestes & inaudita prurum borum genera: prodigiose item multorum de rebus fidei sententia, falsa dogmata, scilicet & heresim infanda: qua omnia hominum mentes non modo terroribus concutunt, verumetiam salutis incertitas reddunt, & in desperationem multos conieciunt. Sunt ista admodum horrenda: sed simul cogitandum erat, hæc preludia modò esse eorum, quæ nonisimo vniuersalis iudicii die euentura sunt. Ad istis vero viam vnicam esse cogitemus, quam in vera ad deum conuersione nobis scriptura monstrat, cuius auctor nobis verus est, ipse Christus, qui olim iudex veniet, &c.

Christi ad iudicium aduentus describitur. Matth. 24.

Signi Christi.

Matth. 16.

Zach. 12.

Euseb. de uita Const. lib. 4.

Actorum 17.

Impiorum conditio.

His præmissis ad aduentus sui descriptionem Christus transit, ubi quædam ex Mattheo scriptis oportet. Illic enim ait: Tunc apparebit signum filij hominis in celo, & tunc plangent omnes tribus terre. Quibus verbis ad rem militarem alludit. Solent enim Imperatores & reges contra hostes bellum gesturi signa & vexilla proferre, ad quæ milites colliguntur. Ad eundem modum Christus quoque signum repente in celo se exerciturum dicit, quando iam iam ad iudicium venturus sit. Nec mirandum est, illum de signo aliquo peculiari & visibili loqui, quo & pios excitet, & impios perterreat. Quale autem illud futurum sit, non dicit. Vterum plerique Crucem in nubibus apparere putant, quorum sententia non absurda mihi videtur. Per hanc enim Christus aduersariorum persequerem omnem deicit, & ad crucem omnes eos vocat, qui ipsius discipuli censeri volunt. Nec tenet, quod piorum afflictiones omnes crucis nomine comprehenduntur. Et quantum humanis iudicij colligi potest, nullum illo die signum esse poterit conuenientius. Crux enim & impios arguit, & Christum persecuti sunt, iuxta illud propheta: Videbunt in quem pupugerunt: & piorum fiduciam monium feret, qui in Christo crucifixo spem salutis omnem collocarunt. Nempe ergo actum illud crucis offendat, quando hæc olim victorie & glorie Christi signum futura est. Et fortassis non minus huc referri potest, quod Constantino Imperatori, qui primus ecclesie pacem contulit, aduersus Maximentium arma sumpturo crucis imago in cælis apparuit, cum hac inscriptione: In hoc signo vinces. Sed ad Christi verba redeamus, qui mox addit: Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate multa & gloria. Habent hic singula verba emphasim. Videbunt, inquit, omnes nimirum homines. Ergo omnibus conspicuus erit aduentus ille Christi (quod & angeli testantur) ne aliquid erit illusionis, quæ rei veritatem in dubium vocet. Quem vero videbunt? Filium hominis. Poterat nomen aliquod illustrius & gloria ipsius celesti conuenientius sibi tribuere: sed filium hominis se tunc quoque fore testatur, ne quis ipsum hominem assumptum in celesti gloria depositurum putaret (quod hodie nonnulli sentiunt) & ut impios hostes perstringat, qui ipsum propter humanæ carnis speciem ignobilem contemebant. Docet enim fore, ut regem glorie & verum Dei filium agnoscant, quem nunc ut hominem nudum & calamitosum aspersiontur. Et hæc facit, quod ad aduentus exponit, dicens: Venientem videbunt in nubibus cum potestate multa & gloria. Ad hoc meminit, ut potentiam & gloriam humana vel terrena longè superiorem denotet, adeoque talis quæ nemo subterfugere, aut viribus humanis superare queat.

Cum primis autem obseruandum est, quæ sub nouissimum Christi aduentum futura sit horum conditio, cum piorum scilicet cum impiorum. De vtriusque enim ipse non obscure admonet. Et ad impios quidè pertinet, quod ex Mattheo adduximus: Tunc plangent omnes tribus terre. Plangentibus vero luctum acerbum & intolerabilem exprimit, qui homines ut seipsos percussiant, & seipsos inter inferant cogit. Nec aliter fieri potest, quando iudicem & seuerum scelerum vindicem viderint, quem salutarem & salutis doctorem agnoscere noluerunt. Euenit hoc impijs interdum in hoc seculi cuius rei exemplum in Iuliano apostata habemus: & simile quid in Iudeis accidit, qui plerumque ad nomen Iesu exhorrescunt, & morituri sæpe Christianos sibi familiares rogant, ne quam huius seculi mentionem, ac illum sibi infestum esse conueruntur. Idem euenit ijs, qui ubi multis annis seculi cauerunt, tandem desperationis tela ignea sentiunt. At quod in hoc seculo paucis modo ceteris, ut reliquis exemplo sint, hoc in nouissimo die impij omnes simul experientur, quando certam Christi iudice tremens, sicut in Sapientia libro multis describitur. Vide Cap. 4. & 5.

Quoad vero pios atq; credentes, sic ait: Mittere angelos suos, et coget, siue congregabit electos suos. Pioru conditio. a quatuor ventis, ab extremo terre vsq; ad extremu celi. Videtur hoc opponere offendiculo, quod ex pium dispersione oritur. Quia enim in hoc mundo ecclesia exulat, multis et varijs casibus obnoxia Hebr. 13. plerumq; dispergitur, vt vix aliqua communionis aut vnitatis species reliqua maneat. Et qui prius simul cohabitauerunt, sepe in diuersas gentes & nationes dissipari solent. Sed & in sectas diuersissimas scinditur ecclesia, quibus interdum pij quoq; inuoluuntur, vt ad tempus externe ecclesie societatem deserant. Accedunt his dira supplicia, quibus tyranni fidem credentiu oppugnant: quorum alij flammis crudelibus in cineres rediguntur, alij in aquis pereunt, alij a belluis immanibus laniantur, alij suspensi in aere contabescunt, reliqui autem omnes vermicibus esca fiunt, & in terram vnde desumpti fuerunt, reuertuntur. Quorum consideratio tentationes parit graues: eo quod carni impossibile vide tur, vt ij aliquando in vnum conueniant, qui tot modis dissipati sunt. Hic ergo ad Dei potentia nos Christus relegat, quando se angelos suos emissurū dicit, qui electos suos omnes ex omnibus mundi par tibus colligant. Nec terram modo nominat, sed celum quoq; vt ostendat, nec loci distantiam, nec mor tibus colligant. Nec quicquam aliud obstruam, quod minus ad se congregentur, quotquot in ipsum credid erunt, nec quicquam aliud obstruam, quod minus ad se congregentur, quotquot in ipsum credid erunt. Idem in Apocalypsi docet, cum ait: Et dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt eos qui in ipsis erant. Et consentit his ex parte, quod Apostolus nec vita nec morte noi à Dei dilectione separari dicit. Imprimis autem verbum cogendi vel congregandi obseruabis. Innuat hoc, quod electos simul omnes in vnum conuenire oporteat, quotquot nimirum ab ipsa rerum origine vixit Matth. 8. & in posterum quoq; vsq; ad mundi consummationem videtur. Colligemur ergo cum Adama, Abel, Setho, Noa, Abrahamo, Isaac, Iacobo, Ioseph, Samuele, Dauide, prophetis, apostolis, Ma ria virgine, & reliquis sanctis omnibus quorum nomina & memoriam exofculari solemus. Congrega bimus autem ad Christu, in quem omnes illi respexerunt, vt cum illo ea beatitudine fruamur, quam ille nobis mortis sue merito acquisiuit. Eius enim promissio est: Vbi ego sum, ibi erit etiam minister Ioan. 14. 17. meus. Iterum veniam, & assumam vos ad meipsum, vt vbi ego sum et vos sitis. Item, Pater, quos de disti mibi volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant gloriam meam quam dedisti mibi, &c. Et rursum: Ego dispono vobis, sicut disposui mibi pater meus regnum, vt edatis super mensam meam Luc. 22. in regno meo. Quod etiam illud Pauli facit, qui de nouissimo Christi aduentu disputans, inter alia scri bit: Ipse Dominus cum horatu et voce archangelu, ac tuba Dei descendet de celo, et mortui in Chri sto resurgent primum, deinde nos qui viuemus, qui superstites erimus, simul cum illis rapiemur in nu bibus in occursum Domini in aera, & sic semper cum Domino erimus. Erit ergo longe diuersa pioru conditio quam impiorum. Vt enim his horribilis & plenus terroris erit Domini aduentus: ita illis fe lix latuq; dies ille illucescet, vt qui ipsi omnium huius seculi malorum finem faciet, & omni corru ptione excutos animabus simul & corporibus beatos reddet. Vnde apud Lucam Dominus, cum signa paulo ante commemorata posuisset, addit: His fieri incipientibus suscipite, & attollite capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Et sane hoc pijs & credentibus propriu scriptura tribuit, quod Christi aduentum expectent, & illum venire expectent: eo quod tunc se perfectē beatos fore no rint. Cur enim non illum expectent venire, cum tota hac mundi machina illius desyderio ingemiscat (vt Paulus monet) vt tandem corruptione, cui propter peccata hominum subiacer, liberetur? Hinc vero apparet, quantum pius ab impio differat, & quam fallantur, qui inter iustum & iniustum di ffrimen nullum esse clamant: quales olim prophetarum quoq; temporibus fuisse legimus. Etsi enim in Malach. 3. huius vite curriculo ita se res habere videatur, imò impij pijs feliciores cenferi queant, manifesta ta men erit vicissitudo, quando sub Christi aduentum miserē trepidantibus impijs, pij lata & infallibili aeternae felicitatis spe gaudebunt. Pater etiam hinc quam ingens sit pietatis bonum, cum vna hac eum diem nobis letum & optatum reddat, quem pleriq; hominum formidant, & quem nec opibus redime re, nec vlla vel potentia vel industria subterfugere aut auertere possunt. Felices, qui ista consyde rant, & relictis caduci mundi studijs, ad Christi aduentum se preparant. Infelices vero & omnibus modis miseri, qui vt temporarijs huius mundi commodis fruuntur, diem hunc rident & scurriliter eludunt. Vide de his 2. Pet. 3. cap.

Ceterum ille confutandis seruiunt etiam, quae vltima huius loci parte dicuntur. Quia enim non Confirmatio ignorabat Christus, hac apud plerosq; hominum vix fidem inuenire, diligenti & graui afferuatione uenturi iudicij, F. 4.

Apoc. 10: Rom. 8.

Matth. 8.

Ioan. 14. 17.

Luc. 22. 1. Thes. 4.

1. Cor. 1. Apoc. 22. Rom. 8.

Malach. 3. Psalm. 73.

Confirmatio uenturi iudicij.



1. A. Sicut.

illa confirmat, quam tribus argumentis suis membris comprehendit. Primum simile habet, quod dicitur aliter fieri non posse. A sicu (inquit) discite parabolam: Cum ramus eius tener sit, & genua folia, nosis quod prope sit aestas: Ita & vos, cum haec fieri videritis, agnoscite quid prope sit iudicium. Sensus est: Cum post hyemem asperam arbores parturiant, in foribus est aestas, & quo minus illa veniat, nemo potest prohibere: Ita si qua haec tenentur eueniant, citius velim, nec aduentus tempus instare, quo tota mundi facies innovabitur, & fructu pietatis diu operati fructum. Et autem obseruatu dignissima haec parabola: eo quod pulchre docet, quae nam sit, quae ad presentem, & presentis tum futuri seculi conditio. Habent enim illi in hac vita hyemem, & omnis generis calamitatibus exercentur. Ut autem hyemem aestas sequitur, cuius quasi praecursor est Verum tempus, quo terra facies innovatur & omnia parturunt: Ita huius seculi tempestates nouissimus dies excipiet, qui aestas & messis instat est, & aeterna vitae praemia credentibus afferet: praenunciij vero & praecursores illius sunt piorum afflictiones, de quibus hucusque Christus disseruit. Ita enim impij mundi ram implent, & propter electos (vt nuper diximus) dies illi abbreviantur, ne afflictionibus separati a fide & salute excidant. Habemus ergo in his eximiam consolationem, quae futura beatitudinis spem in nobis confirmet. Ut enim omnem humana rationis caput superat, quod vt nuper temporibus refertur, quae plus quam mortua videri poterant: Ita etsi impossibile videatur, vt mortui resurgant, vel credentes longe lateque dispersos aliquando ad regni caelestis consortium collegio, nemo tam obsequabit quod minus illud fiat, quod Deus ab aeterno fieri decreuit.

2. A. pronuntiat.

Secundo fidem suam non absque iurisdictioni formula Christus interponit, dicens: Amen dico vobis, nequaquam praeteribit aetas haec, vsque dum omnia haec facta fuerint. De quibus verbis vnde dicitur inter pretum sententiae, dum alij vniuersum genus humanum non interiturum dicunt, dicitur Christus adueniat, qui aliquos superstitis reperturus sit, vt nuper ex Paulo amocimus: alij vero de nobis interpretantur, quae & ipsa durabit vsque ad seculi huius consummationem: Vtrumque et verum dicitur: sed minus Christi verba corquebimus, si membrum hoc ad ea restringas, quae de vrbis excidio dicit. Illud enim post annos triginta octo factum fuisse constat, viuentibus adhuc multis, qui Christum viderant, & inter illos superstitis adhuc Ioanne Apostolo, cum quo ille in presenti disputatione fuit, quod intra paucos annos in vrbis excidio experimentum & spectamen eorum viderent, quae in totius mundi consummatione fieri oporteat. Et Christi instituto hic sensus probe constat, quem propter typum ab vrbis excidio ad disputationem de nouissimo die delapsam fuisse, non potest diximus. Ita vero admonemur, particularia Dei iudicia sic a nobis considerari debere, vt quae toti mundo euenturum sit cogitemus, & proinde terrenis studijs minus sumus inueni.

3. A. comparati.

Tertio comparatione vitium: Caelum & terra praeteribunt, sermones autem mei nequaquam praeteribunt. Nominat duas mundi partes, quae reliquis firmiores & stabiliores videntur, eo quod mutationibus minus sint obnoxiae: At sui verbi veritatem his stabiliores & firmiores esse testatur. Testatur enim ex scripturis, cessaturam olim esse totius mundi faciem, adeoque collapsuram omnem loci caeli terraeque machinam. In Psalmis equidem scribitur: Tu Deus primum terra fundamenta iudicij, & caeli sunt opus manuum tuarum: haec autem interibunt, & vniuersa vt vestes veteres a se mutantes illa immutatur. Et notum est illud Petri: Veniet dies Domini, sicut fur in nocte, qui li procella in marem transibunt, elementa vero a suauita soluentur, terra aq. & quae in ea sunt excidentur. At licet haec omnia mereant, Domini tamen verba adeo non intercedent, vt passio sua suam executionem habitura sint, quae in illis de regno suo caelesti, de quibus piorum praenij & munitio penitus continentur. Vult autem de verbi sui veritate infallibili & aeterna nos hoc loco admoneri, vt non terre amur, etsi inter nouissimi seculi turbas caelum terra miserum videretur, quod de qua vrbis salutis spes appareat. Tunc enim in mentem reuocari debent, quae idem olim per prophetam praedixit: Attollite oculos vestros in caelum, & terram subter inspicite: quoniam caeli vt funis calcient, & terra vt vestis veterascet, & habitatores eius ad eundem modum peribunt: Sicut autem mea in aeternum durabit, & iustitia mea non interibit. Et rursum: Equidem montes motabunt, & colles nutabunt: at bonitas mea a te non amouebitur, & fides pacis meae non mutabitur. Christus comparatione hac sui vaticinij veritatem asserit, ita nobis eadem consolationem offerens, vt de promissa salute dubitemus. Simul vero officij quoque admonet, vt relictis mundi bonis

Psalm. 102.

2. Pet. 3.

Isaie 51.

Isaie 54.

1. Cor. 7.

fructu studij, ad aeterna vite brauium aspiremus, quod in se credentibus preparauit Deus pater per filium suum unigenitum Iesum Christum, Dominum nostrum: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

HOMILIA CXII.

Ceterum de die illo ac hora nemo scit, ne angeli quidem qui in caelo sunt, nec ipse Filius, nisi solus pater. Cauete, uigilate & orate: nescitis enim quando tempus sit.

Perquam memorabilis & plena consolationis est Christi Iesu sententia, quam de aeterno patris decreto & suae incarnationis mysterio apud Nicodemum pronunciauit: Non misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut seruetur mundus per eum. Et hoc quidem ex multis argumentis patet, cum primis autem ex praesenti tractatione, qua omnia ea fideliter tradit, quae de nouissimo seculi conditione deus suo ad iudicium aduentu nobis cognita necessaria sunt. Et quia idem innatam nobis humani ingenij corruptionem perspectam habet, quae sit, ut vel nimia curiositate abrepti circa quaestiones inuiles occupemur, vel socordes & securi salutem nostram negligamus; in praesenti istis quoque uicijs mederi incipit, & postremo tractationem hanc exhortatione grauissima concludit, qua docet quid a nobis in hac causa uel omitti & caueri, uel fieri debeat.

Et primo quidem curiositati medetur: nec id immerito, esse enim hoc hominibus innatum, ut de futuris libenter inquirent, ea uero negligant, quae in praesenti ipsis facta opus sunt. Quae causa est, ut ad artes illicite conuersi diabolo sese illudendos & circumducendos propinent. Ita Saul cum Deum sibi iratum esse uideret, & a Philisteis uictus, premeretur, non de Deo placando cogitabat, sed quis rei euentus foret scire cupiens, Pythonissam consulabat, quae illi maioris desperationis et horribilis interitus causa fuit. Et hodie simili dementia exccecari complures, ex astris quid in quoquoque anno futurum sit exquirunt, & impudenti temeritate de bellis aut pace, de morbis hominum & pecorum, de telluris prouentu, imo etiam de religionis progressu, adeoque de singulorum regnorum mutationibus uaticinantur: immemores interim eorum quae de omnibus istis Deus in lege & prophetis promisit & minatus est, si uel praesentia ipsius obseruemus, uel eadem impie contemnamus. At tamen in hoc potissimum articulo, qui de mundi consummatione agit, hominum audacia & curiositas sese prodicit, quam Apostolorum temporibus cepisse ex ijs apparet, quae Paulus ad Thessalonicenses scripsit, quos monet, ne ijs credant, qui gloriosum Christi aduentum iam tum in foribus esse docebant. Et uideamus nostro seculo homines non uulgares nec indoctos, qui scriptis etiam & concionibus publicis hoc negotium nimis insolenter tractarunt. Nec dubium est hoc studij genere diabolus non uulgari- ter delectari, & pro sua astituta audaculis ista argumenta suggerere, ut superuacaneis & illicitis studijs intentos facilius circumueniat, & ipsorum simul opera alios quoque in errorem abducatur. Reus ergo Christus iam humani ingenij temeritatem coercet, & ne nostrae curiositati frenam laxemus, spem omnem nobis negat, dicens: Ceterum de die illa ac hora nemo scit, ne angeli quidem, qui in caelo sunt, nec ipse Filius, nisi solus pater. At dum se quoque communi huic ignorantiae subiicit, nihil sua diuinitati & omniscientiae derogat, sed pro hominis assumpti conditione loquitur. Scimus enim in Christo duas naturas agnosci debere: Diuinam nimirum, quae patri coaeterna & consubstantialis est: & Humanam, quam praesentio tempore ex Maria uirgine assumpsit. Quoad diuinam uero nihil illum latere potest, & iuxta hanc hominum cogitationes quoque, non semel arguit, ut Euangelica historia testatur. Quoad humanam uero, quae nostris peccatis expiandis seruire debuit, ijs quoque infirmitatibus subiaceret, quae ex peccato in nobis oborta sunt. Iuxta hanc ergo sitit & esurit, pauper & egenus non habet quo caput reclinet, fatigatur, dololet et contristatur ad mortem, lacrymas fundit, et multa ignorat: qui iuxta diuinitatem creaturas omnes pascit, omnibus imperat, & extra omnem infirmitatem atque corruptionem positus nihil etiam ignorat. Huc facit, quod Lucas puerum Iesum ut aetate etiam sapientiam profecisse scribit, qui tamen quoad diuinitatem ipsa est Sapientia. Et probe obseruanda est ista naturarum distinctio, quae per Idiomatum communicationem multis scripturae lo-

Argumentum
& usus praesentis loci.
Ioan. 3.

Curiosam non
uisum dicit
inquisitionem
prohibet.
1. Sam. 28.

Leuit. 26.
Deut. 28.

2. Thess. 2.

Quomodo
Iesus aeterni
simi ignorare
dicatur.
Ioan. 2.
Math. 9. & c.
Ioan. 19.
Ioan. 11.
Luc. 19.

eos recte intelligere docet, quos si iuxta litteram accipias & perinaciter vigeas, veteres doctores
cabis, & vel diuinitatem Christi vel humanitatem ipsius in dubium adduces. Et hodie in re
mentaria & ascensionis Christi articulo hoc multis imponit, quod inter Christi naturas non vult
stinguunt, nosq; Dei omnipotentiam negare clamant, dum vtriusq; naturae veritatem asserimus
illud Augustini, dicens: Cauendum est, ne ita diuinitatem astruamus hominis, vt veritatem
poris auferamus. Sed de his pluribus alibi commodius dicitur. Quoad vero huius loci tractatum
Christus aduentus sui diem & horam, non ab angelis modo, verumetiam a seipso (quatenus
est) ignorari dicit, ne ipsi eam ignorantiam molestius feramus, quae nobis cum angelis, si quis
pate nostro communis est. Nec enim indigna modo sed deestabilis quoq; foret audacia, si quis
quam angeli, imò plus quam Christus ipse sapere velit, qui nobis a patre sapientia factus est. Cui
rò tempus hoc ita celatum voluerit Deus, postea dicitur. Nunc nobis ex hoc loco generalis doctrina
petenda est, nullis alijs medijs ea inquiri debere, imò ne ab angelis quidem discenda esse, quae De
verbo non sunt expressa. Nec enim angelos nobis doctores dedit Deus, sed verbi sui ministerio
stuit, verbumq; scripturis complexus est, quas diuinitus inspiratas esse Apostolus ait, & vnde
doctrinam, ad reparationem, ad correctionem, ad instructionem que est in iustitia, vt inueniat in De
bomo, ad omne opus bonum apparatus. Quod autem de angelis dicimus, hoc ipsum de sapientibus
spiribus intelligi debere ex epulonis & Lazari historia patet. Illi enim roganti, vt aliqui ex
functis ad fratres ipsius monitor mitteretur, respondet Abraham: Habent Noem & prophetas,
diant illos. Et sanè quid opus est extra scripturas ea quaerere que ad salutem nostram faciunt, quod
Paulus ne angelo quidem credendum esse docet, qui aliud Euangelium praedicauerit? Quam
potius hanc hominis sapientiam esse summam, vt Dei verbo se suosq; affectus subiiciat, & in regni
audaciam intra huius cancellos concludat.

1. Cor. 1.
Non inquirenda
alibi, que
Dei uerbo non
docentur.
1. Tim. 3.

Galat. 1.
Luc. 16.

Securitatem
& socordiam
prohibet.

1. Caute.

Luc. 21.

Luc. 17.
Matth. 24.
1. Thess. 5.
1. Tim. 3. 4.
2. Pet. 3.

Ebrietatem
& auaritia cor
grauant.

Isa. 5.
Prouer. 20. 23.

Ceterum ad Christi uerba redeamus, qui alteri adhuc uitio occurrit, quo in contrarium peccatum
peccatur: Socordiae nimirum & securitati, quae homines sine ipsius salutis negligentibus & admo
num contempores reddit. Exhortatione uero uitur, breui quidem, sed admodum graui & rati
menti, quae tribus uerbis comprehendit, quaecumq; homini in hac causa factu sunt necessaria. Primum
est: Cauete. Quod ad omnia potest referri, quae euentura praedixit, vt sensus sit: Audistis quid
na periculi futura sit nouissimorum temporum conditio: Cauete ergo ne socordes & securi
luis vestrae iacturam faciatis. Magis tamen discretè apud Lucam agit, ubi docet, ad quibus
potissimum cauere debeant. Cauete (inquit) uobis, ne quando grauentur corda uestra ebrietate
crapula, et curis huius uitae, subitusq; uobis ingruat dies ille. Ab illis ergo cauere iubet, quae tunc
regnatura sciebat. Alibi enim nouissimi seculi mores Noe & Loti temporibus confert, & Ab
stoli similiter homines illius aetatis non securos modo, verumetiam ad uoluptates omnis generis
insatiabile descendendi studium proclues fore scribunt. Cum uero ab illis cauere iubet. Dominus
tis docet, peccata communi exemplo & peccantium auctoritate non excusari: imò eò magis
studio illis uersuti debere, quòd latius sese extendunt, ne & culpa & poena socij reddantur.

Est autem obseruatione dignissima Christi locutio, Ne quando grauentur corda uestra ebrietate
e, &c. Hac enim consultò uti uidetur, ut ijs respondeat, qui ex gula & auaritia studio multum
culum animae oboriri arbitrantur, cum haec circa fortunas modo occupetur, illa uero ad saluam
perineat. At Christus his corda grauari dicit, ut ad caelestia & ea quae aeterna salutis sunt, respiciere
non possint. Nec id sine ratione dici, mox patebit, si quid ista parant consideremus. Nam quòd
ebrietatem & gulae studium, constat uino immodicè hausto rationem hebetari & uinum illius
guit, quae potissima est anima facultas. Quia enim affectibus frenata laxat, sic ut ebrijs nec de
obseruent (vt Isaia ait) nec admonitiones ullas admittant, sed in mores plus quam quàm belluinas
dantur. Ludicra siquidem res est uinum (vt Solomon inquit) & cum uoluptate ebrietate, quae
hoc errat, nunquam sapit. Et rursus: Apud quem est uinum, apud quem est dolor? apud quem est
riones? apud quem murmur? apud quem vulnera sine causa? apud quem rubedo oculorum? Apud
eos nimirum, qui uinum sectantur: apud eos qui inquirunt ubi miscatur. Vnde mox inferat illud
lomon: Noli contemplari uinum cum rubet, & cum phiala colorem suum reddidit, sicut ager
Postremum enim eius uelut serpens mordet, & uelut aspis pungit. Tunc oculi tui sicut abas

erit. & peccus tuum peruersa cogitabit. Erisq; ac si dormias in medio mari, aut in summitate mali iaceas. Percusserunt me (dices) & non dolui: verberarunt me, sed non sensi. &c. Hac (inquam) sapientissimus mortalium Solomon pronunciat, & verè ista pronunciar, ex Noë & Loti exemplis constat, qui cum fide et religione insignes essent, ebrietate superati sibi ipsi ignominiam perpetuam conflagraverunt. At quid exemplis veteribus opus est, quando quotidie videmus ebriosos furentum instar & mente captorum omnia cæco libidinis affectu agere, nec quicquam pensi habere? Et si enim opes suas minuimus, rem domesticam periclitari, corporis vires deficere, morbos quotidie novos sibi obrepere, famam ob multa indecore dicta & facta laborare, se deniq; sibi ipsi & suis, imò communi patrie, maximorum malorum auctores esse videant & sentiant: pergunt tamen, nec ullis vel exemplis vel admonitionibus se ad frugem meliorem adduci patiuntur. Cum ergo & animum auferat homini ebrietas (quod olim propheta dixit) & non vulgariū scelere causa sit, multis deniq; moriē repentinam offerat, qua absq; peccatorum deprecatione, & diuini nominis inuocatione subitò tolluntur: quis obsecro illam in corpore modo herere dixerit, nec vllum ex ea animabus salutis periculum imminere? Eadem verò est etiam auaritiæ ratio, & curarum huius seculi, quæ similiter corda aggrauant et salutem animarum officiunt. Primò enim à fide abstrahunt, quæ in vnum Deum collocari debet: quo nomine Paulus idololatriam vocauit. Deinde Dei cultum impediunt, quando impossibile est, vt duobus Dominis simul seruiamus, Christo dicente: Non potestis Deo seruire et Mammonæ. Et sanè quàm securos & segnes reddat in ijs quæ ad Dei gloriam faciunt, mox experiuntur, qui illis vel minimum indulgere incipiunt. Taceo nunc tentationum laqueos, quibus eos irretiri Apostolus scribit, qui direscere cupiunt. Nec exempla desunt, quibus docemur, publicè simul & priuatiu omnia turbari, vt primùm auaritiæ & opum amor insanus imperium obinent. Hæc etenim pestis leges bonas euerit, iura habet venalia, proditoribus viam sternit, sacra omnia corrumpit, fraudes & imposturas inuenit, virginum & matronarum pudicitiam expugnat, & hominū mentes ita fascinat, vt nec honesti amor, nec scelerū pudor, nec periculi metus, nec salutis propriæ imatæ cupiditas illos in officio continere possit. Merito igitur Christus nos admonet, vt ab istis duobus vitijs, siue monstris potius et chimeris crudelissimis, caueamus: et nostrū fuerit admonitionē istā semper memori mēte versare, nec quid carnis libido insatiabilis suadeat considerare, sed quid salutis nostræ ratio exigat. Quoad victū enim paucus contenta est natura nostra, & melius valent qui temperanter viuunt, quā qui vino & delicijs addicti in edendo & bibendo modum excedunt. Opibus item ingentibus minimè opus est, quia delictijs addicti in edendo & bibendo modum excedunt. Opibus item ingentibus minimè opus est, quia vt nihil in mundum intulimus, ita nihil etiam efferemus, nec alius opum usus est, quā vt victui & amicitij seruiant, quæ duo non ita magni sunt pretij, si continentie limites non excedas. Ad æternam verò salutem adeò nihil conferunt diuitiæ, vt ne presentem hanc vitam in illarum abundantia consistere Christus doceat, & res ipsa testetur. Quis enim vel fratris sui charissimi vel sui ipsius iam morituri vitam redimere & prolongare potest? Vel quid dabit homo pro redemptione animæ suæ, si semel illius tacturam fecerit? Caueamus ergo nobis o fratres, & ad thesauros illos æternos aspiremus, quos in cælis nobis Christus suæ mortis merito acquisiuit, quos nec erugo perdere, nec tinea arrodere, nec fures nobis eripere possunt, &c. Vide Matth. 6.

Secundò nos vigilare iubet Dominus. Nec enim satis est semel cauisse diaboli insidias, sed quia & ille nunquam non instar leonis rugientis obambulat, & semel atq; iterum sopitæ carnis illecebratissimæ quaque occasione denno nobis obrepunt, nunquam non in statione esse & perpetuò in excubijs stare oportet. Non autem de corporis vigilia Christus loquitur. Nam omni tempore nos vigilare iubet (vt Lucas annotauit) quod si ad corpus referas, factū impossibile est, nec plus rationis habebit, quā si quis cibo etiam & potu in vniuersum abstinere iubeatur. Deinde corporalem exercitacionem in salutis causa nihil prodesse, Paulus docet. Nihil ergo hîc de supersticiosorum hominum vigilijs aut Monachorum matutinis præcipit, sed quia vita nostra instar militiæ est, ad militares excubias alludit, & animas hoc præcepto instruit, quæ etiam ipse suam habent vigiliam & somnum. Vt enim somnus ex vaporibus in caput subuectus & inde in membra reliqua diffusus enatus, corporis sensus omnes ligat & illorum usum nobis auferit, quo nomine mortis imago à nonnullis, ab Homero autem non inficere mortis frater dicitur: Ita si cogitationes male & quæ per has inflammantur carnis cupiditates, in nobis primatum vel imperium obineant, mox securitate denicti, dormientium in-

Gen. 9. & 19.

Hof. 4.

Ephes. 5. Colos. 3. Matth. 6.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6. 1. Cor. 10. 1.

Luc. 12. Psalm. 49. Matth. 16.

2. Vigilare. 1. Pet. 5.

1. Tim. 4.

6. Tit. 3.

3. Orate.

Can. 1.
Psalm. 56.

Genes. 41.
Deut. 10.
Rom. 14.

Dies nouissimus nescitur.

2. Pet. 3.

1. Cor. 13.
1. Reg. 2.

star, nec ea videmus quae obseruati sunt necessaria, nec etiam Deum monentem audimus, qui vult
re officio fungimur, cui nos Dominus destinavit, adeoque (quod Paulus de vidua in dicitur
dixit) viuentis mortui sumus. Hunc ergo soporem & vternum nos spiritus alacritas excitat
cet, vt nostrae vocationis memores nosmetipsos perpetuo ad opus excitemus, vt inquam nos impo-
tos Dominus inueniat. At quid hic factu opus sit, ipse Christus in sequentibus exponit: quare in
senti pauca haec sufficiant.

At quia vires & facultates in nobis sunt nulle, et frustra etiam vigilabimus, nisi Dominus nos
stodiat, tertio loco de precibus nos admonet, in quibus similiter nos frequentes & assiduas esse oportet.
Quid verò potissimum peti debeat orando, similiter apud Lucam exprimit: Nimirum vt licet alio
effugere ista omnia quae futura sunt, & stare ante filium hominis. Duo igitur praescribit: Primum vt
pericula subterfugere liceat. At quia id non alia ratione fieri potest, quam per penitentiam & sermone
ad Deum conuersionem, vt hanc ille in nobis excitet, assidue rogandus erit. Sic sponsa in Cantica da-
mar: Trabe me posside. Et David cor nouum & spiritum principalem à Domino petebat, cuius
xilio posset carnis & peccatorum illecebris resistere. Alterum est, vt stare possimus ante filium hominis.
Bisariam hoc dicitur in scripturis. Stare enim dicuntur coram heris & regibus suis serui, dum illi
ministrant & seruiunt. Sic Ioseph coram Pharaone, et Leuita coram Domino stare dicuntur. Dum
stant coram iudice, qui ad tribunalia sistuntur, vt digna factis ipsorum sententia audiant. Ita uocem
nes coram tribunali Iesu Christi sistendos esse, dicit Apostolus. Vterq; sensus huic loco conuenit, vt
precibus assiduis flagitari debet, vt & in hac vita fideliter Christo seruire, & olim in die iudicii
conficta coram illo comparere possimus. Nec frustra de his nos admoneri patet, si cogitemus, quam
multa vndiq; insistent, quae nos ab officio abstrahunt, & propria salutis negligentes reddunt.

Vt verò magis urgeat Christus, causam ad omnia quae mouit ex aequo pertinentem subiicit.
Nescitis enim quando tempus sit. Et apud Lucam: Ne subitus vobis inerat dies illi, in quo
queus enim superueniet omnibus qui sedent super faciem totius terra. Petrus autem Apostolus
ipsum alio simili exprimens ait: Veniet Dies Domini sicut fur in nocte, &c. Iste verò iudicium
perstringit, cur huius diei aduentum latere Deus voluerit: Nimirum, ne vlla nobis esset
ocasio, sed ipsa necessitas nos in statione perpetua retineret, vt in sequenti Sermone plura
In presenti verò cogitemus, eandem esse mortis rationem, quae nouissimi aduentus Christi est. Dicit
illa in scripturis via vniuersae terra, & communis moriendi lex omnibus imposta est, quae non
quam subterfugere potuit. At hora mortis nihil incertius esse, quotidiana exempla probant. Et no-
gno nostro bono rem ita Deus instituit, ne vel inuiti pauore excruciamur, si mortis tempus
cognitum esset, vel securi aut socordes penitentiam in futurum tempus rejiciamus, quae nobis
tuo opus est. Verisimè enim ab Ecclesiastico dictum est: Recordare finis tui, & non peccabis. Quae
illud Augustini consentit: Nihil sic reuocat homines à peccatis, quemadmodum immemorem
cogitatio. Qui in hac frequenter versantur, & in Christi meritum simul respiciunt, si aliquid
cere possunt, quod Ambrosium iam moriturum amicis stentibus dixisse, Possidemus in vita
sini scribit: Non sic vixi, vt me pudeat inter vos viuere, sed nec mori timere, quia bonam vitam
habemus. Sunt haec hodie crebro cogitanda, quando praeter communia haec, multa vndiq; pericula
stant, quae nos excitare debent. Horum ergo memores caueamus nobis à turba & huius viciis
Vigilemus autem assidue, & suspecta habeamus quaecumq; nobis mundus aut caro dicitur confusa. Do-
mus item assidue, vt & fidem illibatam Deo seruare possimus, & olim in magno illo die, in
Iesu conspectu consistere: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A CXIII.

Sicut homo qui peregre agit relicta domo sua, de dicitur seruis suis potestatem, & cuius opus suum, et ianitori mandauit ut uigilaret. Vigilate igitur (nescitis enim quando dominus domus ueniet, sero, an medio noctis, an in gallicantu, an mane) ne cum uenerit reperet, inueniat uos dormientes. Quae autem uobis dico, omnibus dico. Vigilate.

Dominus & saluator noster Iesus Christus fuit de fine huius seculi, deq; nouissimo suo aduentu, & usque ad
 raticinium admonitione breui quidem, sed graui admodum conclusit: Caute, uigilate, orate, & usque ad
 neficis enim quando tempus sit. Cōprehendit tribus uerbis omnia, que in hac causa nobis obseruatu
 & factu necessaria sunt, sicuti nuper diximus. At quia propter immatam nobis corruptionem admo-
 nitionum eiusmodi facile obliuiscimur, quod paucis dixerat, nunc parabola illustratum proponit, ut
 semper nobis occurrat de his cogitandi occasio. In parabola autem explicatione quedam ex Mar-
 theo et Luca sarciri oportebit, que Marcus pro suo more breuius perstrinxit. Partes parabola sunt
 tres. Prima, suum ex hoc mundo discessum adumbrat. Secunda, ut interea ecclesiam suam in terris
 administraret atq; conseruet, exponit. Tertia, singulos sui officij admonet.

Quoad primam partem, confert se homini, qui relicta domo sua ad tempus peregrè agit. Apud
 Lucam nobilis homo dicitur, qui in longinquam regionem profectus sit, ut ibi regnum acciperet. Et do
 sanè reuera generosus homo est Christus, siue eius diuinitatem, siue humanam naturam consyde-
 ret. De diuinitate enim propheta clamant: Exiit eius à diebus æternis est, & generationem eius
 quis enarrabit? Quoad uero humanam naturā, illam ex regia Davidis stirpe assumpsit, qua nulla
 quā in orbe terrarum nobilior fuit, siue natos ex illa reges & principes, siue res præclare gestas,
 siue à Deo datas promissiones inspicias. Quid? annon uel hac sola ratione Christus homo generosus
 dici meretur, quod solus inter homines reperitur sit, qui Deo patri placere possit, & quod idem in se
 credentes regenerat, & potestatem illis facit, ut ipsi filij Dei efficiantur?

Porro quoad presentem locum, duo consideranda ueniunt. Primum, Christi discessum ad hu-
 manam naturam referri debere, quam se è mundo hoc subduclurum esse, non uero loco testatur. Quia
 enim diuinitas ubique presens est, omnia penetrat & implet, discessit aut migratione ex loco in lo-
 cum minime opus habet: & eadem suā ecclesiam Christus nunquā deseruit, iuxta illud: Ecce ego ro-
 huius sum usque ad consummationem seculi. Hominem uero assumptum in celos sububi oportuit,
 ut & hunc celestis glorie confortem faceret, & nostræ etiā carni in celis locum pararet, sicuti apud
 Ioannem testatur, & mox iterum dicitur. Confutatur ergo istis locis, qui hodie corporalem Chri-
 sti in terris presentiam statuunt, & ut illam obtinere possint, ascensionis historiam euacuat, & Chri-
 sti corpus in immensum extendunt. Quos ego rogauero, num locos quibus se è mundo discessurum,
 nec amplius in mundo fore testatur, de Christi humanitate, aut diuinitate, aut de utraque simul in-
 telligat? Si de utraque simul exponunt, tam totum Christum nobis auferunt. Si de diuinitate, di mi-
 seros nos, qui eius presentia & protectione destituimur. Restat ergo ut de humanitate illos interpre-
 tentur, nisi cum ratione in sanie libeat.

Alterum est, ut quò nam & quare abierit uideamus. In longinquā regionem (inquit) ut ibi re-
 gnium acciperet. Est quidem illi data potestas in celo & in terra: at hinc de eo regno loquitur, cuius
 ciues & confortes nos quoque facere decreuit. Et quod hinc paucis dicit, apud Ioannem pluribus illu-
 strat, ubi ait: Creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Quod si
 secus esset, dixissem uobis. Vado paraturus uobis locum. Et si abiero ad parandum uobis locum, ite-
 rum ueniam, & assumā uos ad me, ut ubi sum ego, & uos sitis. Ergo in celos & ab eterno præpa-
 ratum beatitudinis locum Christus abiit, quò & nos colligi oportet. Longinque autem regionis po-
 tuit quàm celorum meminisse uoluit, ne quid in presenti somniamus Iudeorum instar, qui regnum
 Messie ad Iudæa terminos astringunt, & ut longè aliam celestis sui regni rationem esse ostendat,
 quàm que regnorum in terris hisce esse solet. Habent hoc potentiam & splendorem uisibilem, armis
 & uictorijs acquiruntur, opibus & uiribus humanis administrantur, & proinde caduca sunt, & cum
 minime credas intereunt. At Christi regnum inuisibile est, nec ullis mundi opibus & armis su-
 stentatur, & quia in celis est, per mortem in illud transfusimus oportet, eò quòd caro & sanguis, dum
 corruptioni & affectibus subiacent, celestis illius hereditatis capaces non sunt. Et quia tale est
 Christi regnum, æternum quoque est, cuius non erit finis ullus, ut Maria uirgini Gabriel angelus
 dicebat. Hac ut regni Christi dignitatem commendant, ita nos officij & conditionis nostre admo-
 nent. Si enim Christus regnum suum peregrè habet, nos ubique qui ad hoc pertinemus, in hoc mundo
 peregrini sumus, quo nomine scriptura uitam quam hinc agimus, peregrinationem dicere consueuit.
 Et si Christus, ut regnum suum acciperet, è mundo discessit, nobis etiam hinc migrandum erit, si

Argumentum
 & usque ad
 sentis loci
 in manu
 in manus
 in manus

Christi è mun-
 do discessit.
 Luc. 19.
 Mich. 6.
 Iai. 23.
 1. Cor. 15.
 Hebr. 13.
 Gen. 47.

Regnum Chri-
 sti quale.

1. Cor. 15,
 Luc. 1.

Hebr. 13.
 Gen. 47.

G

monentem andam
 aulus de uida in de
 nos spiritus alacritate
 citemus, ne ynquam
 sequentibus exponet
 uigilabimus, nisi
 regentes & asidua
 exprimit: Nimiru
 no igitur prescribit
 quam per penitentia
 erit. Sic spem in
 alem à Domino post
 stare possumus aut
 is & regibus suis
 Domino stare dicunt
 um sententia aduati
 senus hinc loco conuener
 seruire, & olim in
 noneri pateru. si
 utis negligens redat
 uiti ex aquo perment
 bis ingrat dicit apu
 a. Perus autem
 ste, &c. Ista uero
 airum, ne uilla nobis
 quentis Sermones
 mi aduentus Christi
 nibus imposta est, qu
 diana exempla probat
 ciaremur, si moris
 apus reijciamus, qua
 e finis tui, & non
 nem admodum immo
 imul respiciunt, in
 esse. Possidontas in
 ori timeo, quia beati
 ia hac, multa uis
 bis à crapula &
 dus aut caro dicit
 olim in magno illo
 refectus in æternum.

deditq; seruis suis
 ut uigilaret. Vigilate
 tict, sero, an medio
 ete, inueniat uos
 uigilate.

tum illo regnare volumus. Quid ergo mundi studijs inheremus? Aut cur mortem expetamus
qua sola nobis ex mundo hoc infelici in regnum illud celeste & immortale transitum praebet
At ne quis hinc colligeret, Christum ita terras reliquisse, vt nulla illi suorum in terris
ecclesiam suam in terris administretur. **Vi** Christus ecclesiam suam in terris administretur.

ipse posthac seruaturus sit, & a nobis etiam seruari velit. Seruorum siquidem meminit, & quibus
rursus aliquis a domo sua aliud profecturus, illius curam seruis commendat, & eius administratio
provinciam inter illos partitur, prout vnumquemque illorum idoneum & instructum esse in la-
se quoque suam domum, qua ecclesia est, Dei viuens, suorum seruorum fidei & cura commenda-
dicte, qui vt istum honorem ex gratia obtinent, ita olim ipsi reuerso suae functionis rationem reddi-
turi sint, sicuti apud Matthaum & Lucam clarius exprimitur. Et serui quidem Christi sunt
nes credentes, eo quod illos sui sanguinis pretio redemptos sibi acquisiuit, quo nomine in serui-
ris Dei peculium, vel populus acquisitus dicimur. **Obseruabis** autem hoc loco, quod vnum
seruorum suum opus commisit. Diuersae ergo in ecclesia hominum functiones sunt, & non vna est
omnium conditio. Habet enim in illa verbi ministros, quos alibi aconomos & dispensatores vocat,
& inter hos quoque gradus constituit, & alij quidem Apostoli sunt, alij prophetae, alij Euangeli-
& inter hos quoque gradus constituit, & alij quidem Apostoli sunt, alij prophetae, alij Euangeli-
stae, alij pastores & doctores, prout illos Deus fecit idoneos. Sunt item in ecclesia magistri,
qui & ipsi inter se gradibus & conditione differunt, cum non vna sit vbius terrarum responsio
forma. Sunt praeterea patresfamilias, sunt famuli & serui, sunt liberi, conuictus, cuncti, & vni-
opifices, & qui infinita alia vitae genera sectantur. Ad omnes autem perit, quod hic de
rore dicitur, vt vigilent nimirum & hero pulsanti aperiant, sicuti paulo post audimus. **Ubi**
hic annotasse sufficiat, vehementer errare eos, qui hodie aequalitatem inuolunt, & omni ordine
dignitatis discrimen tollere conantur: quasi tunc demum verè Euangelici sint, si nec magistra-
bus, nec ecclesiarum praesidibus debitum honorem exsoluant, immemores plane praecipui illius, quod
Deus parentes honorare & coram cano capite assurgere iubet. Scimus equidem non esse perpe-
rum respectum apud Deum, & in Christo Iesu non esse seruum aut liberum, marem aut femina-
Graecum vel Barbarum? At illud ad aeternae modo salutis haereditatem restringi debet, ad non
omnis loci & ordinis homines admittuntur, quicunque salutis auctorem, Iesum Christum, vult
recipiunt. Interim non tollitur ordo functionum, sine quo nec ecclesiae nec reipublicae conservatio
non modo experientia docet, verumetiam Apostoli abundè testantur, quando singulis officij
ram diligenter praescribunt.

Christus seruos potestate instruit. Deinde obseruabis etiam, quod potestatem quoque, seruis dedisse dicitur. Per hanc agendi auctori-
tas intelligitur, adhaec dona spiritus quae idem Dominus pro vocationis diuersitate distribuit. **Ubi**
vt Paulus inquit, diuisiones donorum sunt, sed idem spiritus & diuisiones ministeriorum sunt, & idem
idem dominus: & diuisiones operationum sunt, idem verò est Deus, efficiens omnia in consuetu-
nicuique, verò datur manifestatio spiritus ad id quod expedit. Nam huic quidem per spiritum datur
sermo sapientiae, alij verò sermo scientiae secundum eundem spiritum, alij verò fides per eundem spi-
ritum, &c. Manifestiora haec fiunt, si singulas in reipublica & ecclesia functiones examinemus. **Minis-**
tros enim verbi sui clauibus regni caelorum, vel potestate soluendi & ligandi instruit, & in
gladio armatur, quo omnem potestatem aduersariam expugnet, scelera verò corrigant, & im-
mas conscientias solentur: & vt istis exequendis sufficiant, in eosdem serè dona linguarum & sci-
entiae, & interdum miraculorum quoque virtutem distribuit. Magistratibus verò ius gladii
& auctoritatem in subditos: quam Dei opus esse, vel ex eo patet, quod inter barbaras quoque pe-
res aliqua est magistratuum reuerentia, quibus sibi necessario opus esse omnes intelligunt. **Libe-**
rentibus in liberos potestatem dedit, quam vnanimi consensu agnoscunt, qui non ad omnes
leges obsiderunt. Et marito in uxorem, hero item in seruos ius esse, & omnes illos plerumque
nij & animi dotibus alios excellere notius est, quam vt multis exponi oportet. Atqui hoc illud est,
quod Christus se vnicuique seruorum suum opus assignauisse, & potestatem dedisse ait.

Potestas ad edificationem datur, non destruc- At hic primò cogitent qui potestatem acceperunt, se nihil habere proprij quo efferantur, potestatem
tionem. verò acceperunt non ad destructionem, sed ad edificationem, sicuti de ecclesia ministris Paulus in
vno loco testatur. Debent quidem destruere & extirpare ea, quae aduersus Dei voluntatem inueniuntur

Exod. 19. **1. Pet. 3.** **Matth. 24.** **1. Corinth. 4.** **Ephe. 4.** **Leuit. 19.** **Rom. 2.** **Colos. 3.** **Galat. 3. 5.** **1. Corinth. 12.** **Ioan. 10.** **Apoc. 11.** **2. Corinth. 10.** **Rom. 13.**

communi hominum saluti & glorie Dei officium. At hic illis omnium studiorum scopus esse debet, 1. Corinth. 14.
 ut hominum adificationi ad salutem omnia inseruiant. Ideo Abdias verbi ministros Saluatores, 2. Cor. 10. 13.
 principes vero & reges Isaias ecclesie nutritios vocat. Et eandem parentum, maritorum & hero- Iste 49.
 rum rationem esse, communibus naturae legibus docemur. Deestabilis ergo est Pontificum & ty-
 rannorum libido, qui sibi ipsi quidvis permissum esse arbitratur, & in ecclesia non modo cultus mu-
 tandum, verum etiam eius ministris dicendi leges prescribere audent. Sunt hi male fidei serui, qui hero-
 abente consensantur, ludunt, & conseruos verberant: sed olim pariter suam habebunt cum hypocritis. Matt. 24.
 Rursum reliqui etiam Dei ordinationem agnoscere debent, ne se proteruiter ijs opponant, quos Parendum est
 a Deo potestatem accepisse audiunt. De ministris certe Dominus ait: Qui vos audit, me audit, qui seruis Christi.
 vos spernit, me spernit. Et tu quaso quis es, qui legatum Domini exercituum tacere, aut pro tuo ar- Luc. 10.
 bitrio loqui iubeas? Leo si rugiat (inquit Amos) quis non timebit? Dominus Deus locutus est, Amos 3.
 quis non prophetauerit? Vidit hoc olim potentissimus regum David, qui post innumeras victorias, & 2. Sam. 11.
 post deuictas gentes plurimas, se a Nabano corripit passus est. Et Theodosius ea potissimum re
 laudem maximam meruit, quod Ambrosij disciplina sese subicere dignatus sit. Traianus vero Im-
 perator, etsi a Christi cognitione alienus esset, regibus tamen disciplina & correptione adeo opus esse
 vidit, ut Praefecto praetorio gladium eradens diceret: Hoc gladio pro me vitatis donec iusta facio: si
 iniusta fecero, contra me vitatis. At hodie principes ex eo sibi summam gloriam pollicentur, si ver-
 bi quoque ministris ipsos admonentibus tyrannicum illud obijciant: Sic volo, sic iubeo, sic pro ratione
 voluntas. Porro, quod de auditorum erga ministros officio dicimus, hoc ipsum subditi, quoad magi-
 stratus suos, obseruent. Na qui magistratui resistit, Dei ordinationi resistit, teste Apostolo. Et eius-
 dem liberos quoque in parentibus suis, seruos item in heris meminisse conuenit. Paterant haec multis
 fulsissime exponi, sed possunt illa sufficere ijs, qui aliquo pietatis studio tenentur.

Sequitur tertia parabola pars, qua quid singulis in sua uocatione facere conueniat, generaliter pra-
 ecepto docet. Vigilate igitur (inquit) ne cum venerit repente inueniat vos dormientes. Praecepti vero beatus ad Chri-
 sti aduentum, Luce 12.
 sui eandem causam allegat, quam nuper vidimus: Quia nescitis, quando dominus domus veniet: se-
 ro ne, an medio noctis, an in gallicantio, an mane. Eadem vero apud Lucam diligentius exponit his
 verbis: Sint lumbi vestri accincti, & lucerne accense, & vos similes hominibus expectantibus domi-
 num, quando reuertatur ad nuptijs: ut cum venerit ac pulsauerit, confestim aperiant ei, & c. Consert
 ergo nos seruis herum ad nuptijs redeuntem expectantibus. Iam enim in caelis agit corpore suo Chri-
 stus, ubi nuptiae & gaudium perpetuum agitur. Inde vero redibit ad iudicandum impios, & de suis
 ad se recipiat, sicuti ex Ioanne supra diximus. Quia autem reditus ipsius hora incerta est, quid in-
 terea faciamus docet. Primum expectare iubet, & ita patientiam cum fidei obedientia coniunctam re-
 quirat, ne vel afflictionibus superati murmuremus, vel Deo praescribamus: id quod sanctis interdum
 vsu venire, ipsorum querela restantur. Quousque (inquiunt) Domine clamor, & non ex audis? Quo Psal. 13.
 usque mei obliuisceris? Qui sit, ut via impiorum prosperetur? & c. Quousque, Domine, qui es sanctus
 & verax, non iudicas, ac vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? At hic vicis-
 sim cogitemus illum & iustum & sapientem esse, qui quid nobis opus sit, melius quam ipsimet, per-
 spectum habeat. Et cum idem nostri amantissimus sit, nec vltra vires tentari nos patiatur, cum si-
 lentio nos illum expectare conuenit, ne de ipsius vel sapientia vel bonitate dubitare videamur. Et
 rursum illud propheta nobis ipsi occinamus. Si distulerit, expecta eum: certissime enim veniet, neque
 cunctabitur. Secundo modum quoque praescribit, quem expectando tenemus. Sint (inquit) lumbi 2. Accincti lu-
 vestri accincti, & lucerne accense. Accinctos esse iubet, pro Orientalium more loquens, qui vestitu lon-
 giori vtuntur: Accingi vero solent, quando iter facturi sunt, aut cum se ad opus praeparant. V-
 trumque praesenti tractationi pulchre seruit. Quia enim hic peregrini sumus, patriam vero in caelis
 habemus, in quam nos olim Christus transferet, semper nos ad iter paratos esse docet, & nunquam
 non officium facere, ne nunquam nobis vel oleum fidei desit, vel ardentis charitatis splendor, ex quo
 illi discipulos suos agnoscit. Ne tamen vel nostro zelo, vel hominum signis decipiamur, verbi di-
 uini faciem semper accensam habeamus, quae nobis prae luceat, & ad quam gressus nostros dirigamus. Psal. 119.
 Tercio, pulsanti confestim aperire iubet. Pulsat Dominus externe per verbum suum, quo suis ipsius 3. Pulsanti apo-
 & salutis communionem nobis offert. Pulsat intus etiam in animis nostris per spiritus sui suggestio-
 riemus.



Apocal. 3.
Ioannis 14.

Matth. 25.

Christi admonitiones ad omnes pertinent.

nam, quæ & peccatis abstinere, & salutem oblatam amplecti suadet. Hæc ergo prompti exierit & pulsanti aperire, & illum in tra cordis nostri penetralia admittere debemus. Facti hinc, quod Lactantius ecclesie scribit: Ecce, sto ad ostium & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit inuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Item: Si quis diligerit me, sermone meo seruabit, & pater meus diligerit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. In uero pulsantem vel audire nolunt, vel etiam improbe excludunt, hi & ipsi olim pulsabunt, & non quicquam, eod quod pro suis illos Christus non agnoscat, ut in uirginum saturarum parabola dicitur. Quod si tribus hisce addas, quod nuper de precibus diximus, absolutum habebis omnium uerum compendium, quæ nobis hoc nouissimo tempore obseruatu sunt necessaria.

Ceterum quia plerique hominum, quæ Apostolis dicuntur, ad solos uerbi præcones peruenire arbitrantur, & ab his quidem exactam omnium istorum obseruationem exigunt ipsi uero sicuti in cupiditatibus indulgent: Christus tractationem hanc omnem epiphonemate graui concludit: Quæ autem uobis dico, omnibus dico, uigilate. Ad omnes pertinere ait, quæ discipulis suis dixit. Quæ enim istis dicit, tanquam salutis præconibus dicit, ut & ipsi officium suum intelligant, & nos eadem recte iudicemus. Quod uero salutem nostram, eadem huius consequende ratio tam Apostolis & horum in ecclesiastica functione successoribus, quam omnibus alijs in scriptura traditur. Et hæc in uero Christo lesu reposita, & per fidem apprehensa, studio assiduo ac uigilanti cum aduersariis precibus coniuncto retinetur. Quare uigilandi præceptum denuo inculcat, ne inquam animi tepore soporem aliquem obrepere patiamur. Sunt hæc nobis hodie diligenter consideranda. Uel utarum enim ob oculos passim signa, quæ Christus euentura prædixit. Periclitatur multis in locis ecclesia, & uariam multorum salus quasi dubia uacillat. Venit interea Dominus, pulsas, & dormientes dicitur excitar. Surgamus ergo, uigilemus, & in pietatis officijs pergamus, oremus denique, ut ipsius spiritu mentes nostras illuminare & attrahere uelit, ut semper in ipsius occursum parati, uiam uelitis regni consortium transferamur. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

ERatautē Pascha & Azyma duobus post diebus: & quærebāt p̄ticipes sacerdotum & scribæ, quomodo cum dolo prehensum occiderent. Dicebant autem: Non in festo, ne tumultus sit populi.

Argumentum & usus duorum capitulorum sequentium. Ioan. 20.

Genesis 3.

Ioan. 8.

Actorum 3.

1. Pet. 1.

2. Corinth. 12.

Galat. 6.

Passionis Christi fructus & usus.

Descripsit hucusque, Marcus Domini nostri Iesu doctrinam atque miracula, quorum omnium hic scopus est, ut ipsum agnoscamus esse promissum humani generis redemptorem, & ut Ioannes inquit credentes in ipsum uitam æternam habeamus. Ut autem certum inueniret sciret nostræ redemptionis ratio, deinceps duobus capitulis passionis & mortis ipsius historiam comprehendit. In cuius consideratione nobis eod diligentius uersandum est, quod in ueritate inde ab ipsa rerum origine omnes patres respexisse, & in eadem tum prophetas tum Apostolos omnem salutis rationem monstrauisse constat. Nam ut primis parentibus redemptionis promissa in semine mulieris data fuit, quod suo calcaneo caput serpentis conterere debeat: sic Abraham patrem credentium, in se exultauisse Christus ipse testatur. Et Petrus omnes prophetas & Apostolos usque Christi spiritu instructos fuisse scribit, & hoc duce inquisiuisse, quid illum pati oporteat, & quid eius post passionem & mortem gloria futura sit. De Apostolis uero quid acinere dicere queamus? Quos uas electionis, postquam in tertium cælum raptus fuerat, se nihil præter Iesum Christum, & hunc quidem crucifixum, nouisse, seque non in uilla alia re, quam in cruce Christi gloriari dicit? Nec tam uociosa & infrugifera sit ista consideratio, priusquam rerum hic gestarum narrationem aggregemus præcipua capita tenere oportet, ad quæ historia tota referri debet, & quæ uerum illum uisum ostendunt. Sunt hæc tria potissimum, de quibus ex ordine dicemus: